ni ubi humidam magis quam alibi et tamen recte ter erat capta talpa ita quod adhuc palpitabat. dicit autem apud Galienum quod cum inciditur pellis in loco oculoꝝ quod inuenitur humor niger et non oculi tanquam acciderit oculo eius occasio aliqua per quam destructus sit in principio partus sui quando delixa fuit pellis super oculos ex cuius defensione destructi sunt oculi eius. hoc autem mirum est quoniam occasio fit in tota una specie. quia aliter natura semper peccaret. et ideo uidet dicendum esse quod non accidit ei occasio secundum ueram et perfectam rationem occasionis. sed potius aliquid simile occasione et cum sit animal quod non habet extra terram habitationem. et uenatur in terra lubricos et vermes non erant ei necessarij oculi sed essent ei superflui si haberet eos. quia cum plerumque est in superficie terre ubi cibis eius habundat ideo natura dedit ei in loco oculoꝝ pellem tenuem planam depilatum ad quam facta tenui luminis reflectione. sensum accipiat quando sit sub terra et quando non sit sub ipsa quoniam uita eius non durat super terram nisi forte spacio unius hore uel ad plus horarum duarum. In oculis autem principaliter consistit omnis perfectio physonomie dicit enim palemon oculos esse tanquam tres anime et animam emicare per oculos et solam oculoꝝ dispositionem esse aditum per quam animus introspecti possit. et oculoꝝ indicia esse principia que omnium alioꝝ membrorum indicia subsequuntur que in vultu constituta sunt. et si oculoꝝ indicia confirmant indicia ceterorum membrorum tunc rata esse diximus. Locus si autem contrariantur eis tunc infirmant ea et ipsa oculoꝝ indicia preualent propter quod etiam oculoꝝ uerum cordis esse nuncium affirmant uerunt omnes simul physonomi. Oculi autem iudicij est multiplex ex substantia et coloribus et figura et positione et motu uisus sumptum. Oculi igitur qui tanquam guttule nitidissimi nitidi relucet mores politos et gratos pupille aut iacentes porrecte ante oculoꝝ aliquantulum uanitatem. breues autem quasi retracte malignitatem cordis detegunt. Adhuc autem sicubi moderati sunt orbis pupillarum fortia designant esse animalia quorum sunt serpentes aut ethyeme et symie uniones siue testudines que margaritas habent et vulpes pupillas habent paruas et talis animus bestiarum signatur in homine cuius pupille sunt parue. Luz altera pupilla maior sit altera minor iniquitate signat. Quorum autem pupille

in giro aguntur tanq̄ rota sic suspensa obser-  
uandum est utrum ambe vniformiter circū-  
ferantur an varie. Si enim vniformiter agun-  
tur sceleribus et facinoribus detinet. Lūius  
oculi sic mouentur ut homicidijs honestis  
domesticis aut infandis cibus et conuuijs ē  
pollutus quales dicuntur esse thestij ethei et  
medee ubi qui hominum viscerā et natorum  
deuorauerant et qualia sunt eclippia p̄nubia  
quē cū matribus et filiabus turpia cōmercia  
habuerunt. Lum autem varie mouent oculi  
ut modo inuoluant et modo curzant et mo-  
do interquiescant significant talia iam in ani-  
mo reuoluisse nōdum esse perpetrata. Si au-  
tem cum tali motu pupillarum etiā obscuri-  
tas quedam assit alijs et supcilijs et immineat  
oculis et nubes quē h̄y grauiā scelera per-  
sant et est presagium q̄ in rebus domesticis.  
qui autem cum nimia siccitate insanie sunt in-  
dicia. si autem siccī sunt et palent mentem at-  
tōtā ex inania designat. Qui autē cum stabili-  
tate et pallore oculorum supcilia erigunt et  
sp̄ritum uolent contrahunt et concipiūt in-  
consulti imites maledici sunt et iracundi. Stā-  
tes autem diu et succubentes libidinosum sig-  
nificant et uoracem stantes autes et breues et  
ualde significant multum auarum lucrorum  
Oculi autem glauci splendorem t̄n micantes  
dolosum et audacem designant et peruisilem  
ad maliciā. Oculi autem stantes parui cum  
fronte relaxata et palpebris mollibus indi-  
cant docilem cogitatorez mathematicoruz  
et de natura inquisitorē et hec sola species sta-  
bilitatem oculorum approbat. Raptiuū autem  
moti oculi perturbatum et suspiciosum desig-  
nant. sed tamen in agendis tardiorē. Quē-  
bus autem palpebre tam uelocit̄ q̄ oculi mo-  
uent audaces sunt in periculis et securi. Qui  
autem tardos habent motus oculorum pi-  
gros et tepentes dicuntur habere sensus diffi-  
cile incipientes et difficile desinentes. propter  
quod constat mobilitatis oculoꝝ tempamen-  
tum mores optimos indicare. Oculi autem  
uagi et circumerzantes si cum h̄ obscuri sint  
intempantia pretendunt libidinis. Oculi autē  
magni et trementes cum pererzant et obscuri  
sunt uoracitatem et uini intempantia causam  
sue obscuritatis et tremoris indicant et cum  
intemperantia ueneris et apoplexia prenun-  
tiant. Oculi uero parui ualde glauci sine pu-  
dore sunt et sine fide et sine iustitia trementes  
uero parui cum omnino glauci sunt ad insa-  
niam uergunt. Si autem nigri sunt cum hoc  
magis sunt iracundi q̄ insaniam dicant fluc-

tuantes autē tanq̄ mestu mobiles proni qui-  
dem sunt in uenerem et uoluptatem non ta-  
men gaudent in iustitijs nec pascuntur malis  
alienis nec maligni sunt neq̄ indociles. Glau-  
ci tamen oculi plures habent species aliquan-  
do enim sunt parij aliquando grisei et sūt sic-  
ci et humidi et albi siccī q̄d glauci feros hu-  
midi aut glauci meliores sunt siccis. Glauci  
autem et albi timidum designant. optima  
autem species glaucorum oculorum est quā-  
do sunt glauci humidi magni et quieti et per-  
lucidi. In hac enim specie oculorum animo-  
sus designatur et ingeniosus. aliquando au-  
tem in glaucis oculis gutte quedāz rubee aut  
coloris kranei hoc est corrupti sanguinis fe-  
tulentū ad m̄lij magnitudinem circa pupillaz  
ordinate uidentur et h̄ turbidum animum et  
inuidum. sed ingenium bonum et acutum et  
audacem ostendunt. Pupille autes que glau-  
ce et varie fuerint dementiam futuram indi-  
cant. Oportet autem scire q̄ oculi qui puze  
nigri sunt ibecillum et sine uirtute indicant aī-  
mum et lucri auidum uarietatem autem in se  
habentes ita q̄ ipsa uarietas discreta est. et  
quando guttule rubentes sunt aliquantulum  
et tamen nigre apparent eo q̄ ad nigredinem  
declinant significant animum generosum iu-  
stum probum et ingeniosum. ubi autem gut-  
tule uehementer rubent et non omnino rotū-  
de. sed aliqua eorum tendat ad quadraturam  
et quedam sunt etiam pallide et quedam glau-  
ce et oculi qui forinsecus ambiunt pupillas  
sicut sanguinolenti et sint magni oculi et ni-  
tor pupille moueat ut mouentur palpebre et  
significabunt huiusmodi oculi animum qui  
omnem excedat morem ferarum quicquid  
enim infandorum cogitare possunt huius-  
modi oculis perpetrabile nec a domestico sā-  
guine nec ab aliqua cessabunt impietate unde  
palemon talem sui temporis hominem uoca-  
uit quem sceleratissimum esse dixit. In huius-  
modi igitur oculis guttule que magis fuerit  
rubicunde et minute eo magis signant iracun-  
diam et iniuriosum et adulterum. Maiorē  
autem et obscuriores guttule leniunt quidem  
hec uicia. sed non tollunt ea omnino et guttu-  
le aut sanguinolente uel pallide in nigris pu-  
pillis aut etiam utq̄ permixte malefactores  
et uenerarios indicant sed pallide magis stu-  
dentem dolis sanguinee audaces magis iudi-  
cant. Regula autem est d̄ omnibus huiusmo-  
di guttulis q̄ quanto uehementius clari sunt  
colores guttularum tanto uehementiora de-  
signat uicia et per obscuritatem suoz oculorū

temperantur et uicia. Sinister oculus si fuerit rubeus et humidus cui nulla alia dispersitas superueniat hominem declarat esse iustum ingeniosum sapientem et magnanimum. Si autem sequitur circulum nigrum qui est post se dicit fallacem furem pecunie deditum iniustum turpiter cum mulieribus coeuntem sed interdum sunt circuli tam uarij sicut est arcus in nube et si hec uarietas fuerit in siccis oculis insaniam profitetur. Si autem in humidis fuerit non tamen longe ab insaniam constituit. Ueram aliquando magnificentiam et sapientiam ueritatis ostendit iracundiores tamen et iuxta uenerem proniores sunt. Lum autem sine paruitate et uarietate sunt oculi et statum optinent moderatum et certum optimum mentis statum ostendunt. Oculi autem ad superiorem partem conuersi insaniam mentis declarant et hominem illum esse uoracem et uino et ueneri deditum. Si autem cum h tremuli sunt uicia que dicta sunt augentur. Si autem cum his que dicta sunt etiam pallidi sunt horribiles indicant homicidas et sanguinarias. Si autem ad superiora conuersi oculi subrubeant et magis sit uolentos alee deditos furiosos in mulieribus intemperatos contentiosos et clamorosos ostendunt. Sententia tamen omnium uictorum in huiusmodi oculis ad superiora conuersis est insaniam oculi aut deorsum uersi tanquam occidunt imites et implacabiles prelocuntur.

Oculi autem parui si ad dextram se conferant stulticie. Si autem ad sinistram libidini deditum esse pronuntiant. Lum autem parui sunt oculi et inter se al conueniant comunicant iuxta nasum sibi occurrentes uetus est signum precipue si humidi fuerint et si plerique palpebras iungunt ueneri obnoxios et amori profitentur. Si autem sicciiores et patali fuerint impudentie et iniquitatis sunt signum. Si autem trementes fuerint nichil non audebunt quod iniquum sit et improbum si autem aliquando multa mala signa sint in oculis si aqua concepta in oculo semipleno moueatur et magni sint oculi non omnino sunt recusandi. quia temperantur a malicia. Quod autem caui sunt oculi mali notam habent et quo maiores sunt et humidiores eo plus signant inuidiam. Sicciiores autem idem oculi infideles proditores et sacrilegos prelocuntur et cum idem glauci frigidi sunt insaniam arguunt. Laui etiam defluentes dolositatis et malignitatis sunt signa et si caui in obscuritate deficiunt sunt stulti. Adhuc autem oculi

caui nimum medie magnitudinis existentes sicci rigidi si insuper habeant supercilia lata tanquam genis imminetia et circa oculos sit pallor atque liuor impudentem signant et malignum et si patentibus iungatur concinatorum negotiorum atque causarum et nunquam quietet sed semper aliquid mali cogitabit. Alii autem atque elati oculi in deterioribus signis deputantur. sed ubi tumor circa oculos est alios insaniam futura signatur. ubi autem ambitus concauus est tanquam fossa subdolum mentem et insidiosam declarat. prominentes autem et sanguinolenti oculi tremulentum ostendunt. prominentes autem glauci iniustum et stolidum et plusquam stolidum si superioribus alijs honorentur. Si autem promineant et sicci sint hec uerica species bona est prominentium oculorum. Si enim magis sint nitentes per lucidi iustum docilem providentem aut monitorem dicant et tales referuntur ab apulio fuisse oculi socratis quem apollo prudentissimum pronuntiauit. Oculi autem nimium prominentes rubicundi parui incompotem mentis hominum et lingue effrenate et corpore instabilem esse declarant. Si autem sint prominentes et trementes et miscantes et fallientes dolos et uerucias ostendunt. Si autem cum hoc sunt magis stulticia detinentur et furia. Si autem sint moderate magnitudinis et humidi atque per lucidi magnificum hominem magnarum rerum cogitorem et perfectiorem declarant. Aliquando etiam indicant iracundiam et uino deditum. et factantem sui et cupide glorie ultra contradictionem humanam et talium oculorum putatur alexander magnus fuisse. Circumtrementes autem et prominentes oculi imites et sine pietate uent et ueneri studentes et alijs uoluptatibus deditos esse ostendunt. Sunt enim quidam oculi liuore circumdati qui sine interiora signa nulla meliora habuerint in mala indicia computantur audaces enim et infideles et iniusti sunt. Oculi autem liuidi qui tanquam tenebrosi sunt nocentes sunt et precipue si fuerint sicci nec multum interest aut parui aut magni sint nisi quod maiorem nequiciam parui profitentur. supradicta tamen species oculi tenebrosi si temperate magnitudinis et quietus fuerit oculus significabit sollicitum docilem discendi cupidum maturis et parum et minus continentem. oculi autem caligine obseciti in malis artibus imbuti sunt infideles et intemperantes et ideo optimi sunt contrarij istorum hoc est per lucidi si nullum malum in

pugnans eos signum .et tales dicuntur fuisse oculi adriani Imperatoris. humidi videlicet et acres et luminis pleni et chorusti si glauci sint et sanguinolenti tenuitatem sensus indicant et insaniam. Lurui autem suspiciosum in omnibus rebus hominem declarant. Nigri autem chorusti deterzimi oculi timidum ac subdolum designant. Lum autem risui permixti sunt summam notas impudentie ac malicie preferunt. Oculi autem acriter intuentes et ueraciter molesti sunt. sed qui tales humidi sunt bellatorem indicant ueridicum uelocem in agendis prouidum et innoxium. qui autem intendunt acriter et sunt parui siccis se uos inuidos et in occulto nocentes omnino audentes. et omnia perpetrantes indicant. eo magis quo superficies oculi habuerint limorem. Si enim huiusmodi oculos obducant fraus tegant palpebre et exasperent supercilia. erunt hec signa fortitudinis audacie et animositatis. tamen huiusmodi erunt insulti et minus nocentes. Si autem frons supercilia et palpebre tranquilla et leuia fuerint talia oculorum. Acies autem intrinsecus trux et amara et aspera eadem oculi presignabunt crudelitatem et immanitatem atque leuiciam. Insuper per dolos omnes hys oculis ascribemus. Sunt autem nulli oculi risui et uoluptati permixti et hys non omnes laudabiles. Nam qui siccis sunt et subtiliter intendunt malicie sunt indices sed et tam oculi qui arident tanquam insidijs constituti habendi sunt precipue tamen si commoueant genas et supercilia et labia talis autem risus aut cogitationes nephanda aut conceptos indicant dolos. maxime tamen si cum hys signis et palpebre interdum coeunt et interdum separantur. Hoc enim pro certo dicunt in corde esse cogitationem iniquam si uero propateant oculi cum risu et errent per petratam iam esse iniquitatem declarant. Si autem ardeant et sunt timidi innoentem quidem animum. sed stolidum sine affectu et sine prudentia esse distribuunt. Lum autem subrident oculi molliter et timidi sunt et totus vultus apertus et solutus ad letitiam et remisse aliquantulum sunt palpebre et mollis frons et cilia laxa aliquantulum in hoc statu talis oculorum dispositio ingenium bonum magnificum iustum mansuetum religiosum hospitalem gratum prudentem docilem et amatorem significat. Tristes autem oculi non omnes sunt timidi nam qui talium oculorum humidi sunt in cogitatione sunt constituti et studia optimarum artium incelle designant et si

talibus oculis existentibus supercilia sint laxiora et frons laxior et cum tranquillitate conueniant et palpebre sint laudabiles designant ingenium bonum et fidum benignum pendenda gravitate. Si autem tristes oculi et siccis sunt ut accedat ad hanc frontis asperitas et acies inentio et palpebre sunt subiecte designant nocentem ferum et nihil in ausum relinquentem Oculi autem obclausi cum sint in genibus palpebre siquid frequenter concluduntur et reseruantur malignos mores et insidientes et nocentes presignant. si autem sint humidi obclausi oculi bone artis studijs indicant hominem occupatum. sed cum humidi non sint sed cremore et pallore permixti inaniam preloquantur. quibus autem obclausis oculis stater suus permaneat. ipsi autem cum palpebras claudunt superius extolluntur insaniam preloquantur. ¶ Non tamen semine quod viri sunt et celare vitium nesciunt. Lum autem oculi frequenter latefcunt et consistunt in se cogitationem indicant inesse. ¶ Utrum autem hec ipsa cogitatio bona uel mala sit ex supradictis signis erit uerum. si enim humidi lucidi si maiores et profundi et si molles sunt meliores cogitationes signabunt. si uero siccis et obscuris si parui si caui duri aut directi fuerint peiores pretendunt cogitationes. oculi autem patientes micantes leuiter intendentes tanquam sint continuati ad suauitatem et gratiam tendunt. Palcmon autem quendam talium oculorum multum noxium descripsit. sed eius nomen non posuit. sed multa corporis sui in diuina adiunxit ita quod de quodam fauorino intelligit dixisse. Dixit enim hunc habuisse tensam frontem genas molles os laxum cervicem tenuem crassa crura pedes planos tanquam congestis pulpis uocem femineam uerba muliebria membra et omnes artus sine uigore luxuriosum et dissolutum impatientem libidinum turpia fecisse omnia et passum esse ab alijs etiam circa naturam. preterea dicit eum fuisse maledicorum temerarium et maleficorum studentem. dicebat enim uenenum letiferum de aiculo uendere. oculi autem qui frequenter clauduntur atque reserantur timidum atque imbecillum declarant si autem cum hoc siccis sunt dolos uersare atque insidias tendere denuntiant. si autem tales oculi peruersi sunt uel pallidi stultitiam indicare noscuntur. sunt autem qui aciem oculorum terribiliter intendunt et ipsi iniquis cogitationibus attenuantur. si autem status oculorum sit mansuetus et habeat aliquid humoris significat cogitatore studiosum magis

factum amatorem. si autem immobiles sunt  
 oculi et cum hoc pallidi uel rubicundi sint  
 cum siccitate. Letum est hīs iras et insi-  
 dias imminere diuturnas. si autem cum su-  
 pra dictis signis per tempus aliquod se in-  
 giru torqueant uehementissime produnt in-  
 sania. oculi autem ceci perturbati rapacem  
 indicant. Qui autem incerte palpebras pro-  
 mouent uel contingunt cum cecitate et cali-  
 gine oculorum sub diuersis motibus ocu-  
 lorum et superius ciliū molliter subducūt  
 timidi esse monstrantur. Qui autem alterā  
 ex superioribus palpebris paulatim depri-  
 munt et molliter reuocant et aciem dirigunt  
 affectator es sunt pulchritudinis et mechos  
 adulteros esse profitentur interdum etiam  
 palpebra superior ad medium ita deducitur  
 ut hinc atq; illinc reflexis et retractis angu-  
 lis subluceat oculos et cum hoc inerte mo-  
 uetur palpebra et hec signa adulteris et for-  
 nicatoribus attributa sunt. palpebre autem  
 nigre et solide et rigide bona sunt signa. ra-  
 re autem et tenues et rubicunde frigiditatez  
 anime declaratur et destitucionem. De hīs  
 tamen non nisi uniuersaliter tangit Aristo-  
 in libro de animalibus dicens q̄ albedo ocu-  
 li feze consimilis est in omnibus hominib⁹  
 In quibusdam tamen est maior et in quibus-  
 dam minor et in quibusdam tota alba et in  
 quibusdam sunt rubee. bene immixte et qui-  
 busdam prominens et quibusdam suppressa  
 et quibusdam in situ equali scdm naturā  
 sed in figura est equalis. ¶ Nigredo uero  
 oculi plurimum uariatur in hominibus est  
 aliquando magna ualde et forte erit glauci  
 coloris et hoc scdm maius et minus. forte  
 enim erit magne glaucitatis et forte erit fu-  
 sca et aliquando declinabit ad rubedinē nō  
 ueram. sed ad colorem qui uocatur kyanō  
 qui est inter rufum et inditum sicut sūt cola-  
 mentum coagulati sanguinis et cum fuerit  
 talis dispositio aciei ceteris signis non re-  
 pugnantibus significata bona consuetudo  
 et acumen discretionis in nullo autem ani-  
 mali uariantur oculi quantum ad nigrum  
 quod est in oculo nisi in homine solo. In  
 alijs enim animalibus nō diuērificatur. ab  
 hac autez generalitate excipitur equus. quo-  
 niam in equis inueniuntur diuērificati co-  
 lores nigri in oculo. Aliqui enim equorum  
 nigrum oculi habent fuscum et aliqui glau-  
 cum et aliqui nigrum. Adh̄ autem forte eti-  
 am oculus magnus et forte paruus et for-  
 te mediocris. Mediocris autem signis atte-

stantibus bonitatem discretionis significat  
 intellectum et bonā doctrinā et forte erunt  
 oculi prominentes et forte erunt profundi  
 et forte mediocres. Siquidem erunt profū-  
 di signatur in omnibus animalibus uisus  
 acuitas. quoniam profundatio ex umbra  
 fouee contra oculum existentis adunat et  
 confortat uisum et non permittit ipsius sper-  
 gi. Nec enim est causa quare in homine ele-  
 uata sunt supercilia in parte una et nalis in  
 secunda et in tertia gene super oculum et si-  
 militer lacrimalia concludentia ut omnia h̄  
 adunent radium uisuum et spergi eum nō  
 permittant. Si autem fuerint prominentes  
 oculi signatur perturbatio discretionis et  
 malicia dispositionis. q̄ contingit propter  
 causam prominentie que est uentositatis con-  
 clusa in anteriori capitis ubi est spiritus ui-  
 sus. h̄ enim dispergi ex sufflato formā-  
 et spiritus animales ita q̄ ratio non bene  
 conuertitur super eas et ideo efficitur indi-  
 creta Et quando fuerint mediocres cete-  
 ris attestantibus signis tunc sunt laudabi-  
 les In hoc enim signatur bonitas spiritus  
 animalis in quantum bone forme anima-  
 les representantur. Et forte erunt oculi  
 multe clausure et forte erunt multe apertio-  
 nis et pauci motus et forte erunt mediocres  
 inter hos. si ergo fuerint multe apertionis  
 et pauca clausure signatur stultitia et inue-  
 recundia propter causam nimie apertionis  
 que est siccitas cum tenui uentositate et ca-  
 lore. hec enim faciunt deficere spiritum ani-  
 malem ex siccitate et discontinuant cum de-  
 flatione. de sufflatione uentositatis et per-  
 turbant operationes eius ex calore et ideo  
 si talibus oculis rubor addit tunc confor-  
 matur signum eorum et si apponitur eis hu-  
 mor mitigatur malicia stulti enim intra se  
 mouentur. Cum autem fuerint multe clau-  
 sure q̄ tales oculos habens multuz sūt mo-  
 billis et leuis discretionis et non fraus. sed  
 inconstans in omnibus operibus suis et h̄  
 contingit propter clausure causam que est  
 pondus humoris complentis oculum et in  
 quo etiam diuēricatur lumen et forma sensi-  
 billis et animalis sicut in aqua et ideo deflu-  
 it et inconstans efficitur talis homo. nisi ce-  
 tera signa bona digniora quia istud impe-  
 diant. Quando autem mediocriter se habet  
 in hec duo signatur per hoc bonitas discre-  
 tionis et dispositionis in omni tempore.  
 ¶ Ex omnibus hīs dictis satis patet q̄ cau-  
 sis omnium que dicta sunt de phyzonomia

oculorum tales enim causas etiā cetera habent. Phylemon autem antiquissimus phyzonomus quibus tempore fuit ypocratis choys et postea secutus est palemon et postea locus tria attendenda esse in signis dixit huiusmodi quorum primum est memoria significationis signorum et hoc dicit esse elementum per quod procedit et dirigat iudicium phyzonomi. ¶ Secundū autem est comparatio signorum secundum dignitates eorum que scitur ex duobus ex causa videlicet signorum et ex relatione ad alia signa. sed tamen frequenter prevalent signa oculorum eo quod magis representat formas et spiritus animales ad quas mouetur homo in operationibus quibus aliqua signa alia. licet. n. forte retrahat a ratione tamen forte ymaginabiles ut in pluribus vincant sicut probauimus in scientia de anima. ¶ Tercium autem est applicatio signorum ad formam vite hominis et caueat quod non statim proferat iudicium. quoniam forte signum est per accidens infirmitatis et non per naturam et forte peruicium est contraria consuetudine. et ideo non det iudicium nisi determinat et dicat quod hoc est verum quoniam est de signo et non simpliciter.

#### Capitulum quartum de compositione auris et phyzomia eius.

¶ Numero autem partium capituli est auris et hoc est instrumentum auditus omnino impertinens ad anhelitum propter quod balkaunam poete arguunt in mendacii fingens poetice quod capite anhelant per aures. Interior autem pars auris in foramine uocatur pars seposita. eo quod colera per simile sepi adheret ei. quando purgatur per ipsam. Pars autem exterior auris qui rotunditatem habet se in circulum uocatur concha auris. quia in ipsa colligitur sonus ueniens ad aurem. Compositio autem auris est ex cartillagine sicut diximus superius et carne modica que est super cartillaginem in uacuitatibus panniculorum auris et super illam est cutis ut breuiter dicatur auris est membrum creatum auditui et factum est ei foramen anfractuosum ut sentiat omnes uoces in eo et facit tinnitum earum convenientem per repercussiones congruas. Ab anteriori autem incipit hoc foramen inesse al' osse capitis quod uocatur petrosolum de quo nos inferius faciemus mentionem et inuoluitur exundo ad concham auris. via autem fractuosa aut ipsa anfractuositas sit elongans spacium vie ad interiora ab exterioribus. Quoniam si factus esset foramen penetrans directum esset spacium breue ad intus et hoc faceret tria nocumenta in aure quorum unum esset contrarium cerebro. et duo essent contraria auditui. Contrarium autem cerebro est quod tunc calor humidans et frigus excellens ueniret per ipsum ad cerebrum et lederetur ex his substantia eius. unum autem contrarium auditui esset quod soni qui cum motu excellenti aeris ueniunt subito pertingerent ad neruum audituum et corrumperent ipsum. nunc autem proporzionantur per anfractuositatem sensus enim omnis armonia est sicut in libro de anima tercio est ostensum. Secundum autem nocumentum auditus esset quod non quiesceret aliq's aer quia indirecta via unus impelleret alium et in tali commotione soni continue confunderentur et non possunt directe percipi. Foramen enim auris peruenit ad concauitatem anteriorem per gradus anfractuosos in quo est stans et immotus et quietus aer. Superficies autem interior auris est tota storta et cooperta uillis neruis auditui qui uenit ab anteriori parte cerebri et est quartum par neruorum septem parium qui ibi deorsum sicut nos in sequentibus in anothomia neruorum docebimus. h' autem neruus ualde factus est durus ut non de facili ledatur a percussione aeris. sed potius repercussus conuenienter recipiat sonum. Cum autem indans aer uocalis uel sonatus peruenit ad neruum illum tunc recipit auditus uoces uel sonum et ideo uocatur tymphanum auris. h' enim neruus se habet ad auditum sicut se habet humor glacialis ad visum et reliqua membra auris. sunt sicut alia que circundant glaciale extincaris et humoris numero que sunt in oculo de quibus in sequentibus nos ponemus anothomiam. hec enim omnia creata sunt propter glaciale ut seruiant ei et custodiant ipsum a nocumentis et via quidam tortuosa est sicut foramen uice in oculo. Creata est autem auris cartillaginosa quoniam si esset carnea aut pannicularis per molliem non seruaret figuram semiculi et anfractuositas que est in ea. Si autem esset ossa creata lederetur in omni casu et nimis dure recipe ret sonos et infringeret eos. Creata est igitur cartillaginosa habens confingere conseruacionem

tionem et inuoluitur exundo ad concham auris. via autem fractuosa aut ipsa anfractuositas sit elongans spacium vie ad interiora ab exterioribus. Quoniam si factus esset foramen penetrans directum esset spacium breue ad intus et hoc faceret tria nocumenta in aure quorum unum esset contrarium cerebro. et duo essent contraria auditui. Contrarium autem cerebro est quod tunc calor humidans et frigus excellens ueniret per ipsum ad cerebrum et lederetur ex his substantia eius. unum autem contrarium auditui esset quod soni qui cum motu excellenti aeris ueniunt subito pertingerent ad neruum audituum et corrumperent ipsum. nunc autem proporzionantur per anfractuositatem sensus enim omnis armonia est sicut in libro de anima tercio est ostensum. Secundum autem nocumentum auditus esset quod non quiesceret aliq's aer quia indirecta via unus impelleret alium et in tali commotione soni continue confunderentur et non possunt directe percipi. Foramen enim auris peruenit ad concauitatem anteriorem per gradus anfractuosos in quo est stans et immotus et quietus aer. Superficies autem interior auris est tota storta et cooperta uillis neruis auditui qui uenit ab anteriori parte cerebri et est quartum par neruorum septem parium qui ibi deorsum sicut nos in sequentibus in anothomia neruorum docebimus. h' autem neruus ualde factus est durus ut non de facili ledatur a percussione aeris. sed potius repercussus conuenienter recipiat sonum. Cum autem indans aer uocalis uel sonatus peruenit ad neruum illum tunc recipit auditus uoces uel sonum et ideo uocatur tymphanum auris. h' enim neruus se habet ad auditum sicut se habet humor glacialis ad visum et reliqua membra auris. sunt sicut alia que circundant glaciale extincaris et humoris numero que sunt in oculo de quibus in sequentibus nos ponemus anothomiam. hec enim omnia creata sunt propter glaciale ut seruiant ei et custodiant ipsum a nocumentis et via quidam tortuosa est sicut foramen uice in oculo. Creata est autem auris cartillaginosa quoniam si esset carnea aut pannicularis per molliem non seruaret figuram semiculi et anfractuositas que est in ea. Si autem esset ossa creata lederetur in omni casu et nimis dure recipe ret sonos et infringeret eos. Creata est igitur cartillaginosa habens confingere conseruacionem



leuitatem et reflexiones. In lateribus autem capitis ideo posite sunt uel supra capita quorundam animalium. quia aure faciei alteri est conuenientius vsui propter hoc quod vsus sit per rectas lineas et secundum processum lucis sicut in antehabitis libris probatum est et non poterant organa et quatuor duorum sensuum accipientium per medium fieri in una parte capitis. quia complexio unius confunderetur cum complexione alterius et si figura unius comprimeret figuram alterius aut oporteret quod caput et facies enormia fierent. sed fatalis positio non repugnat auditui. eo quod ipse non est per lineas rectas. positus est autem sub radicibus capillorum et non in radicibus ipsis ne pili orirentur in ipso impediretur perceptio sonorum. Inferius autem etiam dicemus oculi compositionem et complexionem in loco nisi spetialem de membris faciemus mentionem. Scimus autem ex hijs que diximus in anteriori auris est foramen tortuosa sicut armilla eris habens foramen spirare. figura autem spiralis uocatur que girat et giri eius procedunt non reuertentes ad idem punctum et finis eius est in osse petroso quod est simile in forma et creatione armille auri concaue. dico autem auri eo quod aurum dulciorem habens sonum magis exprimit naturam auris et usum quam aliquod aliud metallum et ad hoc foramen propter neruum audituum creatus in ipso peruenit omnis tinnitus qui est reflexus et reuertens sonus qui uocatur echo et omnis sonus simplex et ab ipso redditur ad cerebrum ad uirtutem audituam per neruum qui est tympanum auris. Non est autem aperta uia et continua exitus a cerebro ad aurem ne frigus ingrediatur. sed potius pannus est ante stricturam foraminis et etiam ipsum foramen clauditur in strictura in puncto ossis petrosi. quoniam foramen non est factum quod per ipsum sonus ueniat ad cerebrum. quia tunc commouetur a sonis sed est factum ut in ipso stet aer qui recipit sonum et reddit eum neruo audituo et neruus reddit eum cerebro. Sed est uia continua aperti foraminis a cerebro ad palatum propter fumositates que per ipsum ascendunt et propter purgamenta cerebri que per ipsum descendunt. In hoc enim non est nocuum eo quod illud foramen circumstantibus membris apertum est quod frigus et alia nocua non possunt per ipsum ad cerebrum attingere. foramen etiam auris

uenit uersus palatum et ideo acuti et stridentes compressionum soni in dentibus sentiuntur et sicut diximus ab anteriori parte cerebri exitus unum par neruorum. hoc est neruorum. quia nerui ab antiquis uene dicebantur et illius partis unus neruus peruenit ad aurem dextram et diffunditur in ea. et alter peruenit ad aurem sinistram et in ea similiter diffunditur. et sunt due aures tantum in omni animali habenti aures. quia ille sufficiunt ad auditum et si uni accidit nocuum altera accipit sonum nerui etiam motui ex posteriori parte cerebri ueniunt ad aures quorundam animalium et super illos mouentur aures et omne animal habens aures habet eas mobiles preter hominem et similitudinem hominis que est symia et pinguis et quod quidam homines mouent aures non sunt motu proprio aurium sed per extrusionem musculi qui est circa mandibulam. tunc enim ex continuatione cum illo a quibus qui ad hoc a puero studuerunt modo auris. Adhuc autem quedam animalia sunt que quidem auditum habent et tamen aures non habent. sed foramen habent de quo diximus et per illud audiunt sicut uolatilia omnia que nota sunt nobis et omnes pisces squamosi. quidam autem hauriunt uoces et sonos per poros suorum annulorum sicut annulosa et apis genera et musce. Omnia uero animalia nota nobis que sibi similia generant animalia primo partu ex utero habent aures preter delphinum et balenam et quoddam genus muris quod grece uocatur koky et est talpa ut uocatur apud nos quod autem supra diximus uolatilia nota nobis non habere aures intelligi habet de uolatili plumoso et bipedi uespertilio habet aures sed est pilosa licet non habeat nisi duos pedes. in membrana sue caude tamen habet duos digitos pedis incubitis alarum suarum quibus utitur loco duorum pedum et ideo cum cadit excipit se alis et quia accedit ad naturam quadrupedis non habet aures sicut quadrupedes in superiori parte lateris capitis sui. homines aut cetera bipedia habent aures uel foramina que sunt loco aurium in inferiori parte lateris capitis suorum retro iuncturam mandibule. Animalia autem marina que sunt magni corporis. et precipue que pedes habent aures habent manifestas et boni auditus non ueniunt ad eos soni per aquam. Quorundam autem hominum et precipue vizorum sunt pilose

In aliqua parte inferiori. videlicet et interio-  
 ri conche auris et quorundam in nulla par-  
 te sunt pilose et quedam ualde modicos et  
 paucos habent pilos et hoc significat bo-  
 num auditum eo q̄ signum spiritus et calo-  
 ris in illo loco. Forte autem erunt aures ali-  
 cuius hominis magne enormes et forte p-  
 ue et forte mediocres et forte erunt promi-  
 nentes ualde a capite et forte e contra min-  
 compresse super caput et forte sunt positio-  
 nis mediocris inter hec. due mediocres om-  
 nium specierum quas diximus significant  
 bonitatem. Cum autem fuerint auricule p-  
 minentes et magne ualde signatur stolidi-  
 tas et garzultas et imprudentia ut dixit lo-  
 xus. Parue autem ualde malignitatis sunt  
 inscia sicut testatur palemon. Aures autem  
 que quasi precise sūt et ualde breues ad stul-  
 titiam dicit loxus refecti. Dicit enim de bere  
 esse aures formatas semicirculari connexio-  
 linee in medio aliquantulum conuerso per  
 sus centrum et medie magnitudinis que de-  
 center capiti adhereant. Aures enim nimius  
 rotunde indociles significant. Aures autez  
 oblongas et angustas inuidie dicit esse sig-  
 na. iacentes autem supra caput applicatos  
 dicit significare ebrietatem et pigr̄itiam.  
 ¶ **L**ausa autem significationum est q̄ vir-  
 us formatiua quando directe format orga-  
 ma aut deficiat instrumento caloris et spiri-  
 tus aut malicia materie defluentis inundat  
 enormiter aut siccitate et partitate eiusdem  
 a debita retrahit quantitate et scdm hoc eti-  
 am non possunt principalia opera sime nisi  
 aut scdm luxum aut pennuriam procedant  
 in quantum proueniant ab inclinationibus  
 nature.

Capitulum quintum et est digres-  
 sio declarans figuras et diuisiones  
 ossium capitis.

**N** Os congrue non possumus loq̄  
 de compositione aliorū membro-  
 rum capitis et p̄bionomia nisi fa-  
 ciamus hic digressionem et ostendamus fi-  
 guras et compositiones totius capitis et  
 anothomiam ossium que sunt in potentia.  
 tunc enim et precedentia sciuntur esse uera et  
 consequentia planius intelligenda erunt cer-  
 tiora. Congruē autem capitis ossa et com-  
 positionem inuestigare non possumus nisi  
 prius figuras eius et diuisiones ordina-  
 mus. ¶ **A**ceptum est autem ab antiquissimis ypo-

critis videlicet et appolline quatuor esse figu-  
 ras capitis humani que saluantur in uita.  
 Infinitas autem esse monstrorum que sal-  
 uari non possunt. Ex quatuor enim que sal-  
 uantur una sola est naturalis et hec est que  
 est sicut spera compressa ita q̄ caput carnes  
 aliquantulum est oblongum. Quia tunc in  
 eo est eleuatio occipitis propter salutem se-  
 suum et aliqua eleuatio sincipitis propter sa-  
 lutem uirtutum motiuarum. Tres autem  
 alie sunt innaturales et prima quib̄ est que  
 diminuitur ex parte occipitis ita q̄ occiput  
 nimis ad carneum uersus suturam primam  
 capitis comprimitur. Secunda est que di-  
 minuitur uersus sinciput ita q̄ nimis com-  
 primitur sinciput uersus suturam per ulti-  
 mam capitis et ibi decurtatur. Tercia autem  
 est que diminuitur in utroqz istorum ita q̄  
 caput rotundatur sicut globus uel spera et  
 ubicunqz caput diminuitur uel decurtatur  
 ibi aut signat debilitatem uirtutis aut defe-  
 ctum materie et erit quo ad hoc principium  
 peruersarum operationum. Per contrariū  
 autem quandocunqz ad formam naturalem  
 quo ad hoc est principium rectorum opera-  
 tionum. Si enim diminutio est ante signifi-  
 cabit defectum in sensu et ymaginatione et si  
 retro significabit defectum in motiuis et re-  
 cordatiuis. Si autem in medio recedit a for-  
 ma significabit defectum in ratione et cogi-  
 tatione et si in omnibus diminuitur signifi-  
 cat defectum in omnibus. Sunt etiam autē  
 in capite diuisiones ubi os ossi coniungi-  
 tur. Sed diuisiones in osse retente non sunt  
 manifeste nisi ubi cōiunctio suture. Ubi au-  
 tem coniunguntur per fortissimam inflexio-  
 nem unius in aliud et colligationem ibi di-  
 uisio non apparet nisi in ossibus que diu-  
 tissime arefacta sunt. Sunt enim in toto ca-  
 pite diuisiones. xiii. Quarum prima est su-  
 tura que est post os quod uocatur occiput  
 siue prora capitis et est forma eius sicut se-  
 micirculus et est que non clauditur statim  
 post natiuitatem. ¶ **S**ecunda est que uadit  
 per longitudinem capitis sub uertice capis.  
 ¶ **T**ercia est autem que est sutura posterioris  
 que est ante sinciput et habet figuram trian-  
 guli ita q̄ in suturam posteriorem et figu-  
 ram suture anterioris que est portio circu-  
 li sutura uadens per longitudinem capitis  
 interiacet sicut linea perpendiculariter ca-  
 dens super summitatem utriusqz et huius est  
 hic figura. Os autem qd̄ est occipitis p-  
 pter figuram triangularem quam habent

uocauerunt simile lauð littere greco que ei  
 usdem est figure substantia aut capitis supe  
 rior a radice aurium supra habet extrinse  
 cus duas diuisiones inuisibiles et ideo a quibus  
 busdam dicuntur mendose. ¶ Quorum pri  
 uum est in latere dextro capitis a tempore  
 usque ad os laude posterius. ¶ Alia est di  
 uisio inuisibilis que diuidit fauces in duas  
 per primam quandam inuisibile que est in  
 medio que est. ¶ Sexta diuisio in ossibus  
 capitis inuenta et transit in os quod uoca  
 tur basis capitis. ¶ Septima autem diuisio  
 est linearis que ducitur a tempore supercili  
 um dextrum in latere dextro. ¶ Et octaua re  
 spondens illi que ducta est a tempore superci  
 lium oppositum in latere sinistro. ¶ Nona  
 uero etiam linearis est que uenit ab aure per  
 genam dextram. ¶ Et decima respondens illi  
 que ab aure per genam uenit in latere sini  
 stro. ¶ Undecima est diuisio frontis ex tras  
 uerso per cillum supercilliorum. ¶ Duode  
 cima est que est sub osse laude et basi capi  
 tis ubi illa duo ossa coniunguntur. ¶ Deci  
 ma sexta est que est sub osse quod parillare  
 uocatur et occipite ubi illa duo coniungun  
 tur. ¶ Decima quarta est que est linea quedam  
 descendens ab intermedio supercilliorum sub  
 naso ad medium coniunctionis duorum an  
 teeosorum dentium superiorum qui duales  
 dicuntur. ¶ Decima quinta est linea quedam  
 descendens ab eodem intermedio supercilli  
 orum ad unum dentem caninum in parte  
 dextra. ¶ Decima sexta autem est respondens  
 illi in parte sinistra. ¶ Decima septima est im  
 mediate sub naso a dextro in sinistrum firmi  
 nasi latitudinem. ¶ Decima octaua est in me  
 dio longitudinis in nasi ossibus triangula  
 ribus. ¶ Istarum tamen diuisionum quedam  
 autem manifeste quedam occulte et ideo uo  
 cantur mendose. Manifeste quedam sunt su  
 ture tres que sunt fere in omni capite homi  
 nis. Alia enim capita animalium suturas non  
 habent. occulte autem sunt ad modum linea  
 rum in compositione diuersorum ossium.  
 que tres habent diuersitates ex duricia qui  
 dem maiori et minori sicut ossa latum capi  
 tis diuiduntur ab ossibus cranei et ossa pe  
 trosa aurium diuiduntur ab ossibus alijs et  
 spissitudine et tenuitate sicut diuiditur os quod  
 est fundamentum capitis ab ossibus super  
 edificatis et situ sicut diuiduntur ossa in an  
 gulo conuenientia ab inuicem sic diuidun  
 tur os frontis ab osse supercilliorum. om  
 nes autem diuisiones iste manifestantur in

ossibus capitis si primo fortiter coquatur.  
 et postea per aliquot annos in terra mace  
 ratum fuerit. quod diu autem aliquid humo  
 ris est in eo multe eorum occulte sunt. quia  
 in ipsa generatione quando fiunt ossa tunc  
 humida est materia eorum et unum fluit in  
 aliud et concluduntur fortissima concludi  
 tione.

Capitulum sextum et est digressio  
 declarans numerum et figuram ossi  
 um capitis et qualiter caput com  
 ponitur ex ipsis.

Compositio autem capitis et ner  
 uus ossium eius est hoc. caput enim  
 usque ad diuisiones quartam et qui  
 tam que sunt in lateribus eius est sicut emul  
 perium quod secat superficies plana. et hec  
 superficies est os latum quod capitis basis aut  
 fundamentum uocatur et super illud erigun  
 tur immediate quatuor ossa quorum primum  
 est ex parte ante in facie frontis os et uenit  
 a supercilijs usque ad curuationem capitis  
 primam ubi incipit ortus capillorum. Se  
 cundum autem est respondens illi posterius  
 in capite quod est sub incipite et est parue  
 latitudinis quod stat super basim usque ad capi  
 tis arcuationem posteriorem sub illo osse  
 quod simile laudis esse diximus. Tercium au  
 tem est partes dextri capitis sub craneo. Quar  
 tum est partes sinistri capitis sub craneo si  
 nistro et hec duo uocantur ossa petrosa pro  
 pter sui duriciem. Sunt enim magis dura  
 et frons et os quod est sub lauda quia cetera  
 ossa. eo quod multorum incursum ictuum et casu  
 um incidit in ea et ideo natura ingeniata est  
 duriciem eorum. Os autem quod regit ca  
 put ad modum superficiei plane uocatur a  
 quibusdam fundamentum capitis et a qui  
 busdam uocatur parillare eo quod super ipsum  
 sicut super parillum suspenditur cerebrum  
 et tota superior machina capitis super qua  
 tuor autem ossa de quibus diximus erigunt  
 alia quatuor in quibus concluditur testu  
 do spera capitis et primum quidem illorum  
 quod incipit super frontem et porrigitur usque  
 ad primam suturam capitis uocatur a qui  
 busdam os coronale a constantino uero  
 uocatur prora capitis et ab Ar. uocatur pi  
 sis. Posterius uero respondens illi in quo  
 incipit testudinari caput est os laud quod  
 uenit a sinicipitis osse inferiori usque ad sutu  
 ram capitis. Tercium autem est os cranei

in dextra parte stans super os petrosum et  
pertingens usq; ad futuram que vadit p ca-  
pitis longitudinem. In sinistra autem parte  
est quatuor ossa molliora et rariora sūt  
ossibus super que stant et mollities quedā  
eorum est ut cuius recipient cerebrum. Ra-  
ritas autem ut per ipm euaporent superflue  
cerebri fumositates. Sunt h duo ossa ope-  
rientia ossa petrosa in loco in: portis que o  
feruunt cooperiture neruorum que descen-  
dunt in locis illis et cooperiture vnaꝝ qua  
rundam et vnum eorum uocat pōis et sunt  
tenua et dura ualde et ista sunt ossa superio-  
ris partis capitis. Hīs autem ossibus que  
dam adiungunt vnum in capite qd dicunt  
esse continuans os palillare cū capitis ossi-  
bus exterioribus que in circuitu exiguntur  
sup ipm ut sint .xii. ossa emilpeꝝ capitis.  
Alia aut ossa sunt que sunt superioris man-  
dibule in qua dentes superiores insigunt.  
et primum quō illorum est os qd uocatur  
os gene dextre qd uenit ab aure dextre  
sub orbita oculi dextri et descēdens usq; ad  
diuisionem quā transit per mediū palatum  
siue per medias fauces et terminat in facie  
in diuisione que p intermedium supelliorū  
descendit et ad dentes caninos in parte dex-  
tra terminat. Scdm os gene sinistrae p om-  
nia illi simile et ad similes lineas terminatū  
Tercium aut est qd sup illud iacet in supe-  
riori parte orbite oculi usq; ad medium or-  
bite et incipit a diuisione supercilioꝝ que  
uenit ab aure. linea enim diuidens uenit per  
mediam partem orbite oculi in cœneo ip-  
sius uersus nasum et terminat in linea des-  
cendente a fronte que terminat ad caninos.  
de qua aut fecimus mentionē et os istud uo-  
cat superius os orbite oculi dextre et est si-  
mille illi omnino in pte sinistra et h est quaz-  
tum. Quintum aut uocat os inferius orbi-  
te oculi dextri et incipit a diuisione que est  
in orbita oculi et extendit usq; ad os gene  
dextre. Et sextum est per omnia simile illi in  
oculo sinistro. et ista sex sunt genaz ossa et  
orbitaz oculorum dexte que adherent man-  
dibule. Ossa aut h que dicta sunt sequuntur  
omnia posita sunt in facie in naso. Oportet  
aut scire q substantia nasi est stans sup du-  
os triangulos planos sup quos erigitur.  
quorum uterq; est os triangulare sup qd  
erigit vna narium. et positi sunt isti triangu-  
li inter duas diuisiones quarum vna uenit  
a medio frontis et ex medio supercilioꝝ

et terminatur ad caninum dextrum. Scdm  
da autem incipit ab eodem puncto et termi-  
natur ad caninum sinistrum. et subius termi-  
natur ad lineam que diuidit a dextro in sini-  
strum protracta sub naso scdm nasi longitu-  
dinem. In hoc autem primo ambo facient isti  
trianguli. vnum autem trianguloꝝ est diui-  
sus ab alio per lineā descendente a medio  
frontis inter cavit qd est inter supercilia et  
erminat inter duos primos dentes qui inci-  
tiores uel duales dicunt. primum ergo os  
nasi est triangulus in nasi base dextra et sim-  
triangulus in base nasi sinistra. tertium aut  
est os qd est in eleuatione nasi a linea basis  
dextre operiens nares mediam usq; ad me-  
dium qd est inter nares et est etiam illud tri-  
angulare. os quartum aut est simile illi in  
sinistro. et quintum est qd est in medio disti-  
guens nares qd etiam est triangulum et est  
cōmuni uelq; nari et h quandoq; nasum cō-  
ponunt cum cartillagine que est in antero-  
ri nasi. Oportet. n. nasum esse apertum et p  
aperturam descenderet id qd purgat ex fleg-  
mate gnato in cerebro. Si aut in toto esset  
compositio eius ex osse tūc non possent di-  
latari et contrahi nares in sternutatione et  
attractione aeris ad odoratum et in anbeli-  
tum. Sed de hīs dicemus in sequentib; sibi  
nasi cōpositionē plenius psequemur. Sub  
naso autem relicta sunt duo ossa que latent  
inter quatuor diuidentes lineas. quaz vna  
sicut diximus diuidit scdm latitudinem nasi  
terminatum ad lineā que de medio supercilio-  
rum uenit ad caninū et altera parte termina-  
tur ad simile illi lineam in sinistra et in me-  
dio distinguunt p lineam ppendicularitē de-  
scendentem de puncto medio supercilioꝝ et in-  
ter duos dentes inter incisores terminat et  
distinguunt. hec ossa inferius ad origines  
dentū et sunt hec ossa quadrangula omib;  
lineis inequalibus. longior. n. est linea ori-  
ginis dentū q̄ opposita illi sub naribus et  
longior est linea oblique descendens ad ca-  
ninos quā ppendiculariter descēdens ad in-  
cisorum medium et hec est figura.  
Hec enim sunt ossa superioris mandibule  
que in vniuerso. xiiii. esse computant. Infe-  
rior autem mandibula est os qd ad caput  
peꝝtinet et componit ex duobus ossibus in  
medio fortissime sibi coniunctis et vnu qd  
est dexte ueniens a tempore dextro. et curua-  
tuz ut in eo nascant dentes inferiores et su-  
perius in tempore habet nodum qui uocat  
additamentum per qd ligat ad os petrosū

dextrum et alterum per omnia est similiter illi in sinistra parte et sic in uniuerso ossa capitis. xxvii. preter dentes de quibus adhuc non fecimus mentionem. Numerus autem dentium naturalissimus est in quolibet homine. xxvii. naturalis autem sed deficientis est xviii. Alterum. n. istorum numerum habet naturaliter quilibet homo ex quibus quatuor sunt duales uel incisores uocati duo superius et duo inferius. quatuor autem consequentes illos uocant canini eo quod sunt acuti ad lacerandum. post haec sunt octo molares superius et totidem quatuor uidelicet in quolibet parte utriusque mandibule que sunt. xxviii. et illi sunt ad conterendum cibum. deinde sequuntur quatuor in fine omnium qui uocantur dentes stantium sensuum eo quod nascuntur quasi in medio etatis que iuuentus uocat quando sanguis non est in ultimo uirtutis spermatice. et ideo non in omnibus sunt isti quatuor post omnes alios nascuntur. unus in dextro superius et alter in dextro inferius. et duo in sinistris mandibulis respondentes eis quilibet. n. dentium preter molares habet unus solum inferius additamentum per quod infigitur mandibule molazium autem superiorum quilibet ad minus habet duo et aliter quando habet plura et hoc fit quia illi suspensi sunt indigent ut fortius ligentur quam inferiores qui stant per se ipsos. Alii autem preter molares non indiguerunt nisi uno additamento sine radice. quoniam non molant sed diuidunt tactum cibi et ideo acuti facti sunt. Molares autem lati nullum autem ossium ut dicunt. S. et Auic. preter dentes habent sensum. de dentibus enim dicunt quod experimentum demonstrat dentes habere sensum et hoc sagacitate nature factum est. fecit enim eis sensum cum uirtute sensus qui a cerebro descendit ut ipsi etiam inter calidum et frigidum discernant. Sic ergo omnia ossa capitis simul capita sunt si dentes sunt. xxvii. si autem sunt. xxviii. tunc sunt. lv. et componit ex eis caput secundum modum quem diximus.

Capitulum. vii. et est digressio declarans oculorum compositionem et figuras.

In ossibus autem orbitalium oculi concavatur est compositio oculi. ad quos procedit ab anteriori parte capitis. uirtus uisiva inter duos neruos cauos de quibus nos dicemus in anothomia neruorum. Lumen autem uirtus neruorum et panniculi cerebri qui

sociantur eis descendunt ad orbitam dilatatae extremitas utriusque ipsorum et replet et ampliat ita quod comprehendere potest humores qui sunt in pupilla quorum medius est humor qui uocatur glacialis. dicitur autem glacialis eo quod est clarus sicut grando et est figure rotunde nisi quod comprehensus est ab anteriori parte ut sit ibi plane aliquantulum sufficiens ut conuenientius recipiat formas uisivas. quoniam sicut perspectiuus probabit planum speculum recipit formas in propriis quantitatibus et rotundum recipit in minori quantitate formas quas sunt hanc etiam ideo fit quod res parue que uidentur habent superficiem latam in qua formentur. quia aliter effugerent uisum. De stramento autem eius parum pro constrictum est ut melius possit cooperiri corporibus que ipsum recipiunt et hanc sunt profunda et dilatata a restricto ut melius cooperiant cum positus est autem hic humor in medio. quia pro custodia indiget loco medio ut custodia in diuersis sit circa eum. sed post ipsum positus est humor alius aduentens ei a cerebro ut nutriat ipsum. Oportuit enim quod inter ipsum et sanguinem pupillae essent gradus per quos mutatur sanguis. ad simile humoris et hic humor similis est uisivo calefacto. Color enim uisivi liquefactus est quidem clarus. sed declinat ad pupillam rubredinem et est quidem clarus. quia est nutrimentum clari. pupilla autem rubredinis est eo quod est ex suba sanguis eliquatus et aliquid retinet coloris ei eo quod non integre peruenit ad similitudinem glacialis nisi postquam incorporat ei et hic humor percipit ab eo quod mittit sanguinem a cerebro mediante reti neruorum et ideo oculus ut color aliquo modo sequatur natus est et hic humor cum ad oculum uenerit eleuatur ad medietatem posterioris parte glacialis usque ad maiorem circulum qui est in ipso et qui in duo equa secatur glaciale et dicitur angulum ei et tunc nutritur eum. in anteriori autem parte glacialis alius est humor siccus albugineus qui et uocatur albugineus et est sicut sit superfluitas a suba glacialis perueniens. scilicet quia superfluitas clari clara est ideo et hic humor clarus. ponitur autem anteriori in oculo ante glaciale. quia hoc peruenit. cum enim nutrimentum sit posteriori. Plus fronte sensus et nutrimentum optuit superfluitate eius posteriori non esse ne nutrimentum impediret. Alia autem causa quia hoc pertinet ad complementum uisum. Lumen enim dilatatur in huius modo claro et ponitur ideo ante ut lumen dilatetur in ipso et hanc referat formas uisum et insuper sit ei sic dicitur propter ex parte anteriori oculi in qua plura incidunt notum. amplius extremitas nerui qui uocatur opticus siue uisum probedit et claudit uisum posteriori et glaciale anteriori usque ad finem qui est in glaciale et albugineum et terminum ad quem peruenit uirtus

humor est apud telam que dicitur azanea siue rete que comprehendunt eum sicut rete aranee comprehendit uenationē et ideo uocat aranea tunica et alio nomine dicitur retina. Ex isto autem eiusdem extremitatis nascitur tela quedam alia que distinguit inter secundinam quandam glaciale[m] et humorem albugineum ut inter subtile et spissum sit aliquid separans ne subtile ledatur a spisso et ne adueniat ei nocuentum de facili ab anteriori parte ipsius penetrans ad ipsius a retina et secundina. et hoc uocatur a quibusdam sectio tunice glacialis. Et hec tela fuit subtilis. Quoniam si esset spissa stans ante glaciale[m] impediret lumen adueniens ad ipsum. Extremitas autem eiusdem panniculi subtilis impletur et textitur ex uenis sicut secundina posteriori. Quoniam ipsa facit penetrare nutrimentum. non tamen omnes partes sunt propter nutrimenti utilitatem. sed posteriori tantum que a quibusdam uocatur secundina. Illud autem quod de ipsa pertransit usque ad anteriora inspissatur et ingrossatur et habet colorem celestem inter albedinem et nigredinem medium ut congreget uisum et non permittat ipsum spergi. Quia sperfus uisus est debilis sicut omnis uirtus que in multa diuiditur ut proportionet lucem et equet ne ledat uisum. Hoc enim facit operationem coloris sui et operiunt ipsum tempora latitudinis quando uisus indiget tenebris et ut distinguat inter humores et corneam que est uehemens duricie et stetit sicut mediatrix inter ea et etiam ut nutriat corneam cum eo nutrimento quod aduenit ei ex secundina retina que est posteriori in oculo. hec autem tela non concluditur in anteriori oculi uersus foramen aciei ne prohibeat uisum et receptionem foramarum et ideo dimittit in anteriori parte eius uel fenestram et foramen simile foramini que quando remouetur ab ea cocclidon in quo suspendebatur ad zacenum quod uocatur porus que et in illo foramine incidunt aduenientia uisui ex formis uisui et lumine et hec uocatur tunica queas et cum stringitur foramen quod est fenestra eius prohibet uisum in anteriori ante partem eiusdem tunice que ualis est rugositas quedam que ideo fecit natura ut sit magis similis raro molli et tunc minoretur lesio tactus eius durior autem pars eiusdem tunice est in exteriori parte eius ubi obuiat tunice dure que cornea propter duriciam et transparen-

tiam suam uocatur et ibi fruitur hoc facit sapiens natura ut extremitas eius que circumstat foramen sit durior. Foramen autem que est plenum humiditate et spiritu et huiusmodi lignum est quod extenuatur id quod est coram foramine in egris quibus mors statim imminet. Secundus uero panniculus est stricte ualde contextus ut bene retineatur quod est in ipso et pars posterior que comprehendit totam pupillam et ibi fit peruia ne prohibeat uisum et ideo habet colorem corneae subtilitati et lineati et bene nisi et preparati ad peruietatem et ideo uocatur cornea sicut diximus. clarice autem partium eius est anterior et est secundum ueritatem composita ex tunicis quatuor subtilibus que sunt sicut cortices sibi inuicem superpositi ita que extortitari potest una eorum ita que alij non inferunt nocuentum et pars eius est una que opponitur foramine que et illa est durior et fortior eo que locus ille magis indiget fortitudine et tutela. Tercia uero est comprehendens lacertum per quam pupilla mouetur et hec est tota plena carne alba pingui ut ex illa leuiatur oculus et palpebra et prohibeant ne exsiccentur et hec tota tunica uocatur coniunctiua et de hac lacerta dicemus infra in anothomia neruorum et lacertorum. ¶ Recapitulantes autem et summam perstringentes que dicta sunt oculi sunt tunice septem et tres humores tunicarum. Prima quedam dicitur retina que est in posteriori parte oculi a neruo optico qui componitur ex neruis et arterijs. Altera etiam ex parte posteriori dicitur secundina cuius ortus est apud matrem cerebri que est pannus inuoluens cerebrum. Tercia autem posteriori claudens humores oculi dicitur sekros que oritur a dura matre cerebri. has duas pelles secum ad substantiam oculi trahit neruus opticus in operimentum sui. Quarta autem uocatur a quibusdam aranea specialiter et est ante in oculo exorta a prima posteriori. Quinta uero dicitur quea que oritur extra secundinam posteriori. Sexta est cornea que oritur a reliquis tunice posterioris. Septima autem est coniunctiua que oritur a pelle subcutanea ut dicitur que est in exteriori parte sedis oculi. ¶ Primus autem humor est uirens et secundus crystallinus siue glacialis qui incidet uireo. tercius est albugineus que est purgamentum glacialis. ¶ Oculorum autem colores ut frequenter tam in homini-

bus q̄ in alijs animalibus. In pupilla au-  
tem oculi sunt quatuor. Aliquis enim est  
niger aliquis subalbescens aliquis autem  
uarius et aliquis glaucus ad suscitatem de-  
clinans et plumbeitatem quandam. Niger  
autem color fit aut ex aliqua septem causa-  
rum aut ex pluribus earum simul. ¶ Quas  
rum prima est defectiuus visui spiritus cu-  
enim ille sit lucidus defectus eius oculo  
causat tenebras qui uergunt ad nigredinem.  
¶ Secunda autem perturbatio spiritus ei-  
usdem que propter eandem causam defectus  
claritatis spiritus non permittit candel-  
cere cristallinum et radiare. ¶ Tercia autem  
causa est penuria cristallini humoris que  
cum deficit non est ad satis clarum q̄ can-  
descat sufficient a spiritu luminosa. ¶ Quar-  
ta causa est distantia eiusdem humoris ni-  
mis in profundum oculi. tunc enim ipsa p-  
funditas non sinit apparere claritatem ipsi.  
¶ Quinta causa est quia forte nimis habu-  
dat albugineus tunc sub ipso positus cri-  
stallinus claritate sua non penetrat et sunt  
tenebre superius in fenestra uisus uergen-  
tes ad nigredinem. ¶ Sexta causa est quia  
forte perturbatus est idem humor albugi-  
neus et tunc iterum claritas cristallini non  
penetrans per ipsum inducit nigredinem.  
¶ Septima causa est quia forte humor me-  
lancolicus est qui nutrit uueam corneam  
et tunc obscuratur eius color et impedit cri-  
stallinum candorem et illustrationem. Co-  
lor autem subalbus fit ex septem causis op-  
positis ex habundantia spiritus. uidelicet  
visui uel propter claritatem ipsius aut ex  
habundantia cristallini coloris aut quia ex-  
iuit multum extra uelius foramen uuee. ip-  
se humor cristallinus aut quia diminuitur  
humor albugineus ita q̄ de facili perluceat  
cristallinus aut quia ualde clarus est albu-  
gineus aut quia claro nutrimento impleta  
uuea paruitate sua demonstrat cristallini hu-  
moris candorem et claritatem. ¶ Colores  
autem medij inter hos. uidelicet uarius et  
glaucus fuerit ex harum causarum permix-  
tione. Varius autem significat spiritum uis-  
uum magis habundare et clarescere. Glau-  
cus autem significat spiritum uisuum mi-  
nus habundare et perturbari. ¶ In omni-  
bus autem hys coloribus multi modi sunt  
diximus superius in phyzonomia oculo-  
rum et super harum causarum rationes to-  
ta fundatur phyzonomia. ¶ Est autem ad-  
huc non pretereundum silencio. Quoniam

si uisus uidet paruum a longe et ex propin-  
quo simul et non leditur ex uisibilibus que  
ueniunt ad ipsum tunc est fortis uisus et  
equalis complexionis. Si autem contrario  
modo se habet ad inuisibilia tunc est cor-  
ruptio in aliquo componentium uel com-  
plexionantium ipsum. Si enim potens est  
comprehendere propinquum uisibile par-  
uum. quod tamen non comprehendit quan-  
do elongatur ab ipso. tunc spiritus oculi  
est clarus et sanus. sed paucus ualde. ita ta-  
men q̄ saluetur distantia que debetur uisui  
sicut diximus in libro de sensu et sensoria  
enim nec longinquitas nec propinquitas uisus  
uocatur. Sed quod est circa illam uo-  
catur propinquitas et quod est ultra illam  
uocatur longinquitas. ¶ Platonici autem  
dixerunt huiusmodi causam esse. quoniam  
spiritus qui uehitur radio uisui non po-  
test dilari et ideo propinquus quidem com-  
prehendit. In longinquo autem non dilata-  
tatur aut nimis extenuatur et ideo tunc effi-  
citur impotens ad comprehendendum. qua-  
do autem ex propinquo quidem non com-  
prehendit. sed ex longinquo ille uisus patit-  
ur econuerso spiritus habundantiam. sed  
perturbationem et non est clarus neq̄ sub-  
tilis sed potius humidus qui cum extendit-  
ur in radio per extenuationem clarifica-  
tur et potens efficitur ad uidendum. ¶ Nos  
iam autem in antehabitis scientijs librorum  
naturalium ostendimus hanc sententiam fal-  
sam esse ex propinquo non uidetur. sed ex  
longinquo contingit propter spiritus hu-  
morem et obscuritatem que requirit distan-  
tis claritatis magnam illuminationem. Et  
ideo in talibus oculis quando lumen mul-  
tum coniungitur. uisibili de propinquo op-  
time non uident propter quod propinqui-  
tas non est causa per se male uisionis. sed p-  
accidens. quia uidelicet propinquus cui lu-  
men non est coniunctum non est bene illu-  
minatum. sed distans undiq̄ est illumina-  
tum non impeditum ab oppositione uiden-  
tis. Uisus autem oppositi qui comprehen-  
dit ex propinquo et non ex longinquo cau-  
sa est spiritus clarus et tenuis. quia diuari-  
catur ex multo lumine remoti et colligitur  
et adunatur ex aliqua obumbratione pro-  
pinqua cuius signum est q̄ tales h̄i nocte  
discernunt ad lumen lune considerat autem  
oculi naturalis dispositio ex tactu q̄ sit te-  
perati frigoris et caloris et ex motu con-  
gruo temperato. Si autem nimis leuiter mo-

ueatuz est nimis calidus aut nimis siccus. Si autem grauius et tarde modo erit frigus aut humidus. Ad hec autem consideratur dispositio eius ex uenis ipsius et figura et colore et quantitate et ex operibus suis ex uenis quidem autem sunt ample et grosse quia tunc habundant humore. Si autem sunt subtiles et stricte signant siccitatem in esse oculo. Color autem sibi proportionalis de quo dictum est significabit bonitatem oculi. Alij autem colores significant maliciam. Similiter autem figura innaturalis quando non est specicus sed ante compressus significabit maliciam ipsius. Similiter autem est indicium de quantitate ipsius de operationibus eius et hec sunt fundamenta phyzonomie que in precedenti prosecuti sumus. Sunt autem quidam quorum uisus euanescit in nocte et confortatur in die et dicuntur hujus pati uictilopam. Quidam autem uisum euanescentem habent in die et uident confortato uisu in nocte et dicuntur habere oculos noctue et causa quidem prime passionis uisus est grossities humoru oculi et humiditas spiritus eius et grossities. et hoc plurimum accidit habentibus oculos nigros. quia in talibus sunt tales spiritus et tales humores. Accidit etiam hujus qui multos habent colores in oculis. aut oculos habent uirides. Quia talis spiritus et talis humor condensentur noctis et densatur tenebris eius et ideo uisus euanescit in die autem dissoluitur et clarificatur lumine diei et ideo tunc confortatur. quorum autem uisus econuerso est habent spiritum paruum qui euanescit lumine solis dissolutus nocte aut frigore. et tenebris congregatur et adunatur et confortatur. Pili uero palpebrarum creati fuerunt esse oculum ut per eos excludentur incidentia in oculum et quod descendit ad oculum ex capite. Nigri autem facti sunt ut coequent et proporcionatum faciant lumen sua nigredine. In ipsis autem est quoddam simile panniculo qui accidit secundum aliquid ad duriciam cartillaginis. et hoc ideo fit ut firmitus stent super oculum. et non cadant ab eo propter firmitatem istius panniculi cartillaginosi et ideo ut laceratus aperiens oculum non habeat sustentaculum loco cuiusdam ossis et per hec bona fiat motio qua mouet oculum. primum autem oculi coopertorium sunt palpebre et de inde secundum coopertorium est tunica que fit ex interiori pelle sicut diximus. et postea

adeps oculi et postea id quod fit ex lacerato et postea sunt alie tunice per ordinem. Inferior autem palpebra non habet lacertum mouentem in homine et quadrupedibus generantibus sibi similia. Sed oues cooperiunt oculos quadam pellicula que mouetur ex inferiori palpebra.

Capitulum octauum de compositione nasi et genarum et phyzonomia ipsorum.

**P**ars autem que interiacet inter oculum et aurem uocatur gybbsum siue connexitas genarum. Nasus uero qui interiacet inter oculos et descendit a lumbis est instrumentum sensus odoratus quod instrumentum sic est compositum. extremitas quedam cerebri uersus os quod dicitur coronale uel puppis capitis descendit in duas papulas que sunt similes papulis mamillarum et iacet una iuxta alteram uersus triangulos narium et in omnibus odorantibus per inspirationem cooperiuntur. uelamine panniculari ne ledantur obuiante aere calore uel frigore et ideo talia animalia non odorant nisi cum uento inspirationis exsufflatur uelamen illud. eo quod uirtus olfactiua est in illis papulis sicut uisus in oculo. In animalibus autem non inspirantibus sunt nude papule ille. quia illa habent cerebra sicciora que non ita facile leduntur ab obuiantibus. Nec igitur est causa inspirationis et non inspirandi. Nasus autem est canalis odoratus. quia odor est calidus et siccus. cerebrum autem frigidum et humidum ideo non bene recipitur et ut melius recipiatur oportuit esse uiam patulam usque ad instrumentum odoratus. et hec est una causa naris aperte. Secunda autem causa est. quia licet aer attractus per nases et maxima parte ueniat ad pulmonem cum magna eius ueniat ad cerebrum ut cuentet ipsum et refrigeret ipsum a calore qui fit in eo ex fumis uenientibus a loco digestionis et ab eo calore qui generatur a motibus spirituum qui continue mouentur super ipsum et propter hoc iterum oportuit apertas esse uias. Adhuc autem tertia est ut superfluitas musculaginis generata in cerebro expellatur per uias illas que cum spissa sit et uiscosa non exiret nisi per uiam amplam et apertam propter quod stricetas superius nases habentes et sumas obstructione patientes narium exstate



non odorant & stertere dormientes incipiunt  
 Duas autem nares esse oportuit ut obstructa una non peiret odoratus per aliam.  
 Quia cum muscillago ut diximus grossa et spissa sit sepe obstruit unam. Est autem apertura nasi et propter bene esse sicut enim foramen est in fistula ita sunt foramina in naso in quibus spiritus tenetur et moderatur in loquela et cantu. sed hec non est causa quare pertingunt usque ad cerebrum. sed potius quia recipiunt a canna p[ro]nis.

¶ De ossibus autem nasi et cartillagine iam in precedentibus est habitum. Sed tamen est sciendum quod via est de ore in nasum per quam modulatur uox et descendit flamma super linguam et expulitur et a duabus extremitatibus eiusdem foraminis est uena que dam pertingens ad lacrimalia utriusque oculi et ideo amaritudo collirij posita in oculo sentitur aliquando. aut naturam aliam cum adiutorio aeris qui attractus est per nares repellitur tamen illico per uiam naris et oris. Accidit autem sternutatio cerebro sicut tussis pulmone et eis qui coniuncta sunt pulmone. ¶ Opinati autem sunt quidam cerebrum non sternutare nisi quando conuertitur humor notuius qui est in cerebro in uaporem et fumum acreum et tunc extrahit eum et excutit cum aere naribus extracto. hoc autem non semper est necessarium. Non enim in sternutando indiget aere nisi ad hoc ut corpus a quo fit excussio sit plenum aere cuius continua attractio sit ad partem humoris excutendi et cum exprimitur totus ille aer motu lacertorum pectoris et uelaminis laboroso et expellit ab anterioribus ad exteriora cogit partes suas longiores ex pectore cum festinatione ad exitum et est ad intra ad expulsionem ut ad uictoriam quoniam ipsum communicatur commotio aeris qui sequitur eus ut adiuuat uirtutem expulsiuam ad incidendum materiam ad expellendum eam. et ideo quando fit appetitus sternutationis statim sequitur sternutatio. quando uicissim comprimuntur cito et relaxantur nares digitis. Quis autem comprimitur fortiter angulus trianguli nasi superius inter supercilia impeditur sternutatio. quia tunc uapor et materia expellendum redeunt ad interiora. Signum autem eius quod ex pectoris concussionem iuuat sternutatio est quod sternutatio egrorum capitata quorum replentur malis materijs et humoribus. In alijs autem sternutatio est sig-

num fortitudinis cerebri propter quod qui cito moritur sunt et uirtus eorum deficit sternutare nullo modo possunt. si autem sternutationem prouocantibus appositis alicui egrorum nisi fiat sternutatio signus est quod nunquam conualescunt. Sternutatio enim fit quando castigantes se lacerti pectoris et parictis et cerebri adiutorio aeris attracti expellunt nocumenta per excussionem sui.

¶ Sic ergo nasus et instrumentum per quod fit anhelitus et sternutatio quando multiplicatur in cerebro uentus attracti aeris et excutit ex inspirato. fingunt autem augures quod sternutatio sit signum duarum rerum. Quarum una quod dicunt quod sit signum ueritatis illius dicitur cui interuenit sternutatio. Secundum autem est quod signum euasione periculi pati quando aliquis sustinet insidias ab alio et precipue si bis sternutauerit. Hec enim signa habundantiam uirtutis que non esset si homo ille celestibus tunc non adiuuaretur sicut etiam critica dies dicitur quando natura a celestibus adiuuatur et hac eadem de causa dicunt ueritatis esse signum dicitur. Quoniam uirtus celestis potentior est explet dictum et adequat ipsum rei. Conuenientior autem est anhelitus per nares. ad hanc enim creata est naris aperta. anhelitus autem qui ore fit propter necessitatem sit que est obstructio naris et est sedus propter directam uiam oris ad stomachum illius euaporatio immiscetur spiramen et corripit ipsum et ideo est innaturalis. via autem a naso est ad pulmonem et ad cerebrum que sunt membra non emittentia tales uapores. Amplius autem nasus est membrum subtilis tactus et boni motus quam cito sentit in eo frigus propter bonitatem sensus tactus in eo. Dilatatur autem et constringit propter bonitatem motus quam habet ex neruis motiuis uenientibus ad ipsum. non enim est ut auris que est immobilis in homine et alijs quibusdam animalibus. paries autem que inferius post ossa narium est in medio narium est creatus ex cartillagine ut melius sustentet nasi anteriorem partem que est grossior pars nasi et etiam ut in ipso firmiter suspensa contineat nasum prius anterior quam mouet dilatando et restringendo. via autem transitus muscillaginis et anhelitus est uacua sicut sepius diximus. Nasus uero elephantis qui per muscida uocatur est fortis et longus et plicatur et explicatur quasi calcuus et uirtus elephas ipso loco manus. per ipsum enim accipit cibum et por-



rigit ori suo et per ipsum haurit aquam et  
 reddit ori suo potum et hoc habet propri-  
 um. quia nullum aliud animal facit nisi ipe  
 sicut autem diximus in phibitis naribus et  
 oculis in homine. Gibbositates uicinantur  
 genarum. Bonas autem ut palemon dixit  
 qui grossiores habent ignaui sunt et uiole-  
 ti. Qui autem nimium tenues maligni sunt  
 Quorum autem gene male disposite sunt  
 tanq̄ sint abscessus oculis plenitudine hu-  
 moris et pondere suo pregrauate sunt. Ro-  
 tunde autem inuidie arguuntur. leues au-  
 tem male et prolixè importunam significat  
 loquacitatem. ¶ Omnium autem vultus  
 cum plenus est et grassus ignauum et uo-  
 luptatibus deditum significat. deductus ve-  
 ro et dependens vultus cogitatore sub-  
 dolum et timidum indicat. ¶ Nares uero  
 cum extremo acute sunt faciem ad iracun-  
 diam hominem ostendunt. Crasse extra mo-  
 dum nares immundum hominem dant in-  
 telligi. Cum una narium solida sit rotun-  
 da tanq̄ sit obtusa fortem dicunt et magna-  
 nimium. Tales enim nares plato censuit da-  
 ri leoninis hominibus generosis tales na-  
 res uidebat. Dicebat enim qd̄ quecumq̄ si-  
 militudo animalium aliquorum in homi-  
 nibus est et q̄ homines talium imitantur  
 mores animalium et q̄ nares longe et tenu-  
 es aures sunt proprie et huiusmodi mo-  
 res mobilitatis et leuitatis dant hominibus  
 qui tales nares habent. Narium autē pars  
 que iuxta frontem est si a fronte deponita sit  
 honeste sciuncte compositione bona nec al-  
 ta nec humili. sed equali linea descendit uiri-  
 le signum est et constantiam demonstrat et  
 prudentiam notam tribuit. Si autem de-  
 positior sit et profundior narium pars su-  
 perior stultitiam indicat et animi imbecilli-  
 tatem. signum enim est femine leuitatis.  
 Si autem in altitudine frontis directe ele-  
 uate continue procedant nares produunt li-  
 que nimiam loquacitatem et hec sunt nares  
 que in extremitate inferiori in cartillagine  
 nasi eleuantur et linea recta descendendo p-  
 tingunt ad nasi conum. Nares tamen maio-  
 res esse generaliter melius. signum est quia  
 minores. Minores enim seruilibus inge-  
 nijs et furibus et tergi uersantibus assignā-  
 tibus. Aliquando enim nares magnanimitatis  
 attribue sunt ut dicunt loxus et phylemō.  
 Symie autem ut idem testantur auctores li-  
 bidinosi conueniunt. Patule autem nares  
 slacitatis et fortitudinis dant indicium.

Cum autem peranguste sunt et rotunde et  
 concluse stultitiam proficitur et ut genera-  
 liter concludatur sermo nares peruerse si-  
 gura quantitate situ motu qualitate peruer-  
 sam indicant mentem que autem in propor-  
 tione sunt naturali figura colore quantita-  
 te situ et motu bonam mentis habitudinem  
 naturalem et idem indicium est de omnibus  
 membris.

Capitulum octauum de composi-  
 tione maxille et labiorum et oris  
 et phyzonomia eorum.

Emborum autem quod est dici-  
 nius naribus est gibbositas gene  
 maxilla et pars mandibule super  
 quam in uiris est ortus barbe et de genis  
 quod iam diximus qd̄ sufficit scdm̄ presen-  
 tem intentionem. Maxilla autem compo-  
 nitur ex carne molli cum musculis latis et  
 neruosis ex quibus est motus eius et ma-  
 xilla est ad utilitates multas Quarum una  
 est necessitas quoniam continet cibum qui  
 conterendus est dentibus sicut circulus qui  
 fit circa molares in molendino qui non p-  
 mittit effundi annonam molendam. sed cō-  
 net eam iuxta molares. Lingua autem inter-  
 dentes est sicut manus molendinarij que mi-  
 nistrat et imponit granum inter molares ut  
 apte teratur. Sed nos de lingua inferius lo-  
 quemur. Similiter autem et labia creata sunt  
 de carne molli et ad dentes anteriores se ha-  
 ben sicut maxille se habent ad illos qui di-  
 cuntur molares. Causa autem que est scdm̄  
 bene esse maxillarum et labiorum est ut cō-  
 tineant aerem qui in palato et dentibus pa-  
 lato lingue frangitur ad uocis figuram et  
 sonum musicum est etiam ut conseruet den-  
 tes a frigore et alijs nocuentis. Signum  
 autem eius quod diximus est quando qui  
 bus maxille rotundo foramine perforan-  
 tur ita q̄ postea claudi non potest de cete-  
 ro non possunt loqui ad intellectum. ¶ De  
 osse autem mandibule inferioris quod ascē-  
 dit uersus tempus ubi ligatur. iam in preba-  
 bitis diximus et super illud oritur barba p-  
 pter calorem et humorem et humorum que  
 reflectuntur ad ipsum ab anteriori parte ca-  
 pitis ex tractu testicularum qui spermata ma-  
 xime trahunt ab illis cuius signum est quia  
 bene spermaticæ p̄ illum locū descendūt semie  
 uero nō hnt̄ testiculos nisi debiles ualde tō  
 nō habent barbas que aut̄ ex eis calidiores

habent testiculos ille etiam habent aliquid ca-  
loris reflexi a loco unde potissimum spermata  
trahitur et hic calor reflexus secum trahit hu-  
midum ex quo generantur in eis pili barbe.  
sed est in eis barba raza et breuium pilorum  
ad mandibulam autem inferiorem plus tra-  
hitur humor ex quo oritur barba ppter mo-  
tum ipsius et quia laxam habent ualde iun-  
cturam que potest recipere humidum. In  
hominibus mouet mandibula inferior sicut in  
omni animali preter tencheam solam que spe-  
cies quedam cocodrilli facit hoc quia ego uidi  
duos cocodrillos qui mandibulam infe-  
riorem mouerunt. Sunt tamen quidam pisces  
in fluuijs germanie et gallie qui duas ha-  
bent mandibulas mobiles in gutture suo.  
Sed sunt in lateribus una a dextris et altera  
a sinistris sub brachijs circa seinuicem mote  
et in ore nullum habent omnino dentem. sed  
in mandibulis illis sicut barbellus et piscis  
qui uocatur monachus et carpo et rindosa  
cancer etiam fluuialis. In predictis terribus ha-  
bet duos dentes in ore suo qui circa seinuicem  
a lateribus mouentur sicut in predictis  
piscibus. Tenchea autem non tantum mouet  
mandibulam inferiorem. Sed etiam non  
habet linguam neque aliquod signum lingue.  
eo quod lingua est que uertit cibum inter den-  
tes mandibule inferioris. In extremitate  
autem maxillarum sunt labia que facta sunt  
ex carne molli sicut diximus boni motus.  
Quoniam duplici motu mouentur. uno uel  
delicet proprio superius et inferius et altero  
maxillarum motu uersus utrumque latus uel  
cissim siue uersus utramque maxillam. et hec  
est etiam causa quare precipue labia boni mo-  
tus dicuntur. Utilitas autem est propter lo-  
quelam et ut bene claudatur in ore quod re-  
ponitur in eo et precipue quod est liquide sub-  
stantie. Color autem labiorum uersus ap-  
tuturam oris est rubeus propter multas uenas  
sanguinis ad illum locum deriuatas et huius  
signum est quod sepe sanguinant et de facili cre-  
pantur et scinduntur. Causa etiam huius con-  
iunctio labij cum labio et compressio pro-  
pter quam labium trahitur ruborem. Interius  
autem in ore est palatum totum rugosum  
ut rugis suis detineat cibum et acrem uocem  
lem et cooperitur pelle que nascitur ante hoc  
est ylophago et ascendit ab anteriori pelle  
stomachi et ideo aliquid uirtutis eius habet  
in digerendo cibum. Lius signum est quod tri-  
ticum masticatum maturat apostemata quod  
non facit non masticatum. Sed aliter centri-

tum. Stercus enim et alia que diriguntur  
isso a uirtute stomachi contrahunt uirtutem  
maturatiuam apostematum. Circa dentes  
autem utriusque mandibule sunt gingiue que  
create sunt ex carne dura ut immobili ut im-  
mobiles fortiter contineant dicentes et hec est  
dispositio omnis hominis et eorum qui cir-  
ca os et in ore continentur preter linguam de  
qua per se loquimur in sequentibus. Phry-  
zonomia autem horum membrorum a lo-  
xo et phylemone antiquissimo accipienda est  
Dicit enim loxus si cui labia truces uultus  
eragitant insaniam et stultitiam indicabunt.  
Si autem labia blanda parumper ridentis  
letis uultibus contingunt libidinosum osten-  
dunt. Labia autem tenua in ore maiori si su-  
perius labium aliquantulum exuberet super  
inferius tanquam sit superpositum ei magnan-  
imum indicant et fortem secundum enim platones  
h ad leonem referuntur paruus autem oris te-  
nua labia imbecillum animum et uersutum in-  
dicat. Optimus autem oris status est qua-  
do non nimis humilis est. Nam humilitas  
labiorum et oris timidus est et malignitatis et  
guttur prominentia autem nimia stultitiam  
ostendunt et loquacitatem et audaciam.  
Amplius os paruus muliebre dicit esse phi-  
lemon conuenit enim tam uultibus mulie-  
ribus quia animis effeminatis. Os autem  
quod maius est et conuenit uiribus et uul-  
tibus uirilibus est consonum. Lum autem  
ultra modum dilatatur tanquam sit reclusum et de-  
ductum uoracem indicat et immitem et impi-  
um et bellicosum. Talis enim oris ritus a  
platone marinis datur beluis et monstris que  
uezo eminent lapia super dentes aliquantu-  
lum dependentia quod os caninum plato uo-  
cat maledicum iracundum clamosum et ad in-  
ferendam iniuriam promptum declarat qua-  
do autem os longe prominet et est rotundum  
cum spissitudine labiorum et aliquantulum  
retortum ac si sit repandum in labijs extre-  
mitate immundum stultum uoracem et forte  
futurum epilepticum ostendit. Hec enim por-  
co plato attribuit. Si autem labium inferius  
alterum labium forinsecus excedat non sig-  
nificat hanc malitiam animi. sed tamen decla-  
rat impudentem et simplicem. loxus tamen di-  
cit quod tale labium in paruo ostenditur ore stu-  
dium laudis et honoris eiusdem rei est indi-  
cium cum oris situs in concauo tanquam in de-  
fosso est secundum palemon autem hec species  
oris malignitatis et inuidie et intemperan-  
tie est signum. Aristotiles autem hunc modum

oris q̄ concavum uocat libidinosos precī-  
pue dicit̄ oñdere labia uero cū soluta ab ore  
aliquantulum dependēt ex inordinato humo-  
re habundantem inertem demonstrant. In azi-  
nis enim et in equis antiquis hoc signum di-  
cunt esse platonici que omnia que bestiarum  
sunt per similitudinem quandam hominibus  
attribuerunt.

Capitulum decimum de compositō-  
ne lingue et partium sibi coniuncta-  
rū et de uoce et physonomia eius.

Ingua autem est membruz q̄ crea-  
tum est ex carne alba dura bene mo-  
bili et h̄ ostendit color et opus eius

Rubedo autem que est in ipsa ex uenis ē mul-  
tis que ueniunt ad eam et ex arterijs et maxi-  
me ad inferiorem partem eius propter quod  
etiam ipsa in inferiori parte magis rubet q̄ i  
superiori. Opus autem eius est duplex. vñ  
quidem necessitas est q̄ est ad gustum. Alte-  
rum autem est ad bene esse et hoc est ad interpre-  
tationem sermonis in homine et vociferatio-  
nis in alijs animalibus ab homine et opus  
quidem gustus habet ex hoc q̄ est bene pas-  
sibilis in anteriori extremitate sua in qua est  
nervus expansus gustatiuus. hoc enim ma-  
gis conuenit anteriori q̄ posteriori in radice  
ipsius quoniam discretio que est ante potest  
utiliter aut reicere aut transmittere cibum. sed  
posterior pars non adeo faciliter reiceret no-  
cium. quia cum est in posteriori radice eius  
in via glutinationis et si esset sibi discretio in-  
ferret nocumentum anteq̄ reiceretur. Est igitur  
melius ut expansus sit nervus gustatiuus  
in anteriori eius cum tamen sit ubiq̄ in lin-  
gua et in ore aeris ramusculus nervi gustati-  
ui ad adiuuandum in discernendo saporos.  
Sed perfecte non est nisi in anteriori parte li-  
gue. Cuius autem gustus est quidam tactus  
sicut ostensum in hijs que de anima sunt. erit  
lingua discretiua omnium eorum que sub-  
stantialiter nutriunt corpus hoc est calidi et  
frigidi humidi et sicci hoc autem habet per h̄  
q̄ ipsa substantialiter tangit cibum sicut dic-  
tum est alibi et non oportet hoc reiterare. Si-  
gura autem lingue est q̄ sit retro spissa et ten-  
dit ad tenuitatem. et ideo spissas ante linguas  
habentes nō bene formant sermones et oportet  
q̄ sit bene soluta ad extensibilis et placabi-  
lis ad dentes et ad palatum ad quorum ta-  
ctus format elementa articulate et litterate uo-  
cis propter quod anteriori linguas ligatas

habentes non bene formant litteram. s. et di-  
cuntur blesi et posteriori ligatas nō bene for-  
mant. R. et dicunt tribuli motus autem istos  
lingua habet ex nervis motiuis qui expan-  
duntur in ipsa. de quibus nos in sequentibus  
prosequemur. Inferius autem lingua uide-  
tur esse superficiē continue non signate nec  
diuise per lineam aliquam et pellis illa inferi-  
or que continet substantias eius continue ex-  
tenditur inferius et continuatur ad id quod  
arabice uocatur m̄y q̄ in greco ylophagos  
dicitur q̄ et nos ylophagum dicimus ita q̄  
inferior pellis lingue vna est cum pelle inter-  
iori ylophagi et cum interiori pelle stoma-  
chi superior autem habet commissuram ner-  
ualem quasi sit distincta linea ducta per me-  
dium longitudinis eius ut dicit Joh. dama-  
est quasi sit composita ex duabus linguis.  
Creator enim quemlibet sensum ad minus  
duplicauit ut dicit ut si vnum organum peri-  
ret alterum saluaretur. lingua autem ex dua-  
bus propter hoc composuit linguis et quia  
lingua est extensibilis extra os et intra ipsuz  
plicabilis ideo parte eius absca remanet ad  
huc loquela nisi totum tenuerit ipsius absca-  
datur. Est autem mediocriter mollis carnis  
lingua ideo q̄ bene frangat uoces et modu-  
letur. h̄ enim multum mollis fieri non pos-  
set sicut scitur de hijs que de sono et uoce dis-  
putata sunt. propter quod sicut diximus in  
gustus uirtute lingua se habet sicut is qui sa-  
pores probat in molendo cibum se habet si-  
cut manus molendinarij et interpretando ser-  
monem se habet sicut digiti fistulatoris qui  
huc illuc ante foramina fistule moti frangen-  
do uoces faciunt modulatas. Melior autem  
linguarum scdm̄ potentiam loquendi est lin-  
gua que bene cōmensurata est in longitudine  
et latitudine. et que est subtilis in anteriori ex-  
tremitate. Quando autem magna est et lata  
ualde aut curta ac si spasmo contracta sit nō  
bene obedit interpretationi sicut diximus. Et  
quia lingua in multis congruit usus ideo  
plus habet in se de nervis motiuis et sensati-  
uis et de arterijs et uenis quam aliquod me-  
brum simile sibi in toto corpore. lingue autē  
inferior pars habet additionem spissam ubi  
protenditur in guttur et gulam et sub illa par-  
te sunt duo orificia que ambo ingreditur sti-  
tuus inferior lingue et hec orificia uocantur  
duo fontes saliuales et ista protenduntur  
ad carnem glandulosam in guttuz que est in  
radice lingue adherens ei que caro nomina-  
tur etiam generans saliuam fontes autem pre-

dicti etiam nominantur duo salive haurito-  
 ria que conseruant rorem saliualem in ling-  
 ua. sub lingua autem expanduntur due vene  
 magne virides que uocant a quibusdam ra-  
 uine vene et ille diuiduntur in multas uenas  
 ¶ Ut autem omnia ista notiora sint adiunga-  
 mus anothomiam epiglottis et partium sibi  
 coniunctarum. quia illa omnia sunt iuxta ra-  
 dicem lingue. Scias igitur quod apertura oris in  
 inferioris sui parte in duo diuiduntur fora-  
 mina quorum unum est in gutture ante quod est  
 foramen uocis. Alterum autem est posterius sup  
 colli spodiiles quod est foramen sive iuxta  
 gi et h foramen sive nomen suum est per quod fit  
 glutitio cibi et potus. ¶ Phagus enim est  
 os stomachi continuatum ori et lingue et ideo  
 componitur nomen eius ab ysi greca prepo-  
 sitione quod latine sonat intus et uerbo greco quod  
 est phagos quod sonat comedere. anterius ergo  
 foramen est arterie cuiusdam maxime que uo-  
 cat trachea et uulgariter uocat canna plota  
 de qua infra loquemur et hec arteria si aliqd  
 de cibo infra se reciperet constringeret et scin-  
 deret psonem et ideo quantumcumque paruum  
 ingreditur de cibo in ipsam uel de potu sta-  
 tim accidit tussis uehemens et pto nititur ei  
 ceze et cum eiecerit quiescit. Si autem non po-  
 test eieze accidit mors aliquando aut egritudo  
 et oica ex pulmonis corruptione propter  
 quod natura super tracheam ordinauit mem-  
 brum quoddam apte compositum quod uo-  
 catur epiglottis et est conexum apparens in  
 exteriori gutturis in modo que est in guttu-  
 re qui etiam moueri uidetur in apertione et  
 clausione eius. Componitur autem hoc me-  
 brum ex tribus cartillaginibus quarum una  
 est cartillago. quia uisus sentit coram gula  
 ut diximus et hec cartillago pelta eo quod fo-  
 ramen peltae habet. quia inferius est concauum  
 et superius annexum quoddam. ¶ Secunda  
 autem est cartillago que est post illam posi-  
 tam uersus collum inferius aliquantulum et  
 est colligata cum peltali dicto et h quia uide-  
 ri non potest uocatur innominata sive que  
 nomen non habet. Et tertia est super istas car-  
 tillagines duas posita cooperiens eas. Sed  
 continuatur per alligationes innominate et  
 obuiat non continuata peltali. Jungitur au-  
 tem innominate in duobus locis decentissi-  
 me. Superior enim habet duas uacuitates si-  
 ue concauitates et inferior habet duo addita-  
 menta ex se crescentia que in duas concuita-  
 tes superioris ingrediuntur et sic connectitur  
 et forti nexu duplici. aliquando tamen eleua-

tur ab ea sicut inferius patebit et superius h  
 uocatur cooperitorialis pelta. A quibusdam  
 alijs autem cimbalaris appellatur ex h que  
 dam cartillago peltalis aliquando coniungi-  
 tur cymbalari et aliquando sciungitur ab ea  
 cum non sit ei continua fit quod epiglottis ali-  
 quando ampliatur et aliquando coangusta-  
 tur ex hoc autem quod cymbalaris non solum  
 tangit. aliquando sed etiam cooperit pelta-  
 lem et ipsam tunc communicatur et aliquan-  
 do recedit desuper ipsum et separatur ab ea.  
 ideo fit quod epiglottis aliquando aperitur cum  
 recedit et aliquando clauditur cum uenit su-  
 per ipsam et comprimit eam et hec quedam est  
 substantia epiglottis et compositio. Ante faci-  
 em epyglotti sic oppositi est quoddam paru-  
 os quod uocatur os laud eo quod est triangu-  
 latum sic lauda littera greca et natura posuit  
 os illud ut sit origo et principium ex quo ui-  
 li musculorum epyglottis oriuntur. Hjs enim  
 epiglotti sunt ad hoc necessarij quod peltaez car-  
 tillaginem moueant ut applicet se innomina-  
 ta et ad hac cymbalarem applicent apte duo-  
 bus illis scdm quod exigitur pro tempore et qua-  
 documque etiam duas peltalem uidelicet inno-  
 minatas. Aliquando cooperiant cum cymba-  
 lari et quandoque cymbalaris elongent ab istis  
 duabus quando epiglottis aperitur. Inferius  
 autem cum de canna loquemur quod ostendemus  
 quod ista epiglottis cooperit cannam et continuat  
 cum extremitate orificij eius sed alligat cum  
 ysophago. et hoc ideo cum ysophagus glutit  
 et extendit interius uersus stomachum cum co-  
 trahit epiglottim et tunc claudit canna ne in eam  
 aliqd incidat de cibo et de potu. Cum autem  
 transitus cibi tunc relaxat ysophagus et red-  
 dit epiglottis eleuata superius ad supremam partem  
 interioris faucium cum enim colligata per os laud  
 de qua diximus. Hjs itaque uocatis adhuc  
 sunt pertinentia ad linguam et guttur duo membra  
 quorum unum quod uocat rua uel ruula. sive autem  
 uocat amigdalu. h autem quod amigdalu uocatur  
 diuidit in duo per oia similia. ¶ Sunt autem due  
 carnes nate in radice lingue tendentes ad su-  
 periora quasi sint due auricule lingue et sunt  
 carnose et neruose habentes formam duarum amig-  
 dalarum uel duarum glandularum et ideo etiam ex o-  
 bus hjs nominibus appellantur a diuersis sunt  
 n. ambe ex modo figure sue sicut due radices  
 duarum auricularum et sicut sint itineris quod ad  
 iny tendit preparationi hjs autem hac figuram et co-  
 ponent ut sint fortiores. ¶ Utilitas autem ambaz  
 est pertinere et coartare aerem. Huius cap. cane ne  
 expellat penitus et sicut quod sit actio cordis.

¶ Una est autem substantia carnosa pendens super supremam partem epyglotis per modum uelaminis ipsius. Auxilium autem eius quod prestat est quod gradatim ueniat aer ad cannam ne frigore suo noceat ploni et etiam scario ut prohibeat puluerem et fumum. qui in os ueniunt ne penetrent ad interiora canne et tercio etiam ut iuuet in frangendo aerem in uocis formatione. ipsa enim est sicut custos canne super exitum uocis sua qualitate et quantitate et ideo eius incisio plurimum nocet uoci. Amplius adhuc est quedam caro panniculosa pedens a palato et anexa sibi et pedet sub una que etiam cooperit caput canne ut multiplicetur custodia et super illam carnem est os paruum habens quatuor latera propter quod etiam quadratum uocat et duo latera superius sunt et duo inferius que etiam illud alligatur caro dicta quia omne quod alligatur ad os ligare oportet quod est ligature fundamentum. quia aliter non esset alligatio firma. ¶ His habitibus oportet scire quod uerul formator uocis est lacertus qui mouet epyglotim cum mensura debita clausonis et aperitionis expulsionis aeris instrumentum aut eius proprium est motus epyglotis et cuiusmodi quod est in cana quod uocat lingue fistule de quo inferius loquemur cum de canna sermo habebitur. omnia enim reliqua sunt coadiuantia ad uocem sed non sunt facientia eam. uelamen enim quod uocat dyaphragma cum lacertis peccoris immittit materiam uocis que est aer ille enim missus inundat epyglotim in cannam et tunc format uox. De omnibus autem hijs breuissime se expedit apud in primo suo libro de animalibus dicens quod lingua est instrumentum sensus gustus et ille sensus secundum excellentiam non est nisi in extremitate sua illud autem quod de lingua est amplum est minoris sensus. quia cum gustus est quid tactus ideo lingua sentit omne illud quod est conueniens toti corpori sensibili. Calidum uidelicet frigidum durum et molle et hoc facit in omnibus partibus sicut et cetera caro animalium lingua etiam in sua formatione forte erit lata nimis et forte stricta nimis et forte erit mediocris et hoc est sola laudabilis. ipsa enim conuenientior ad bonitatem et proportionem motus qui articulat et lratam reddit uocem et melius interpretatur et format uocabula rerum. Adhuc autem forte erit lingua absoluta et forte nodata sicut accidit in blebis et alijs occasionatam linguam habentibus. occasione autem dico defectum qui preter intentionem nature accidit in mem-

bro. huius enim non est causa sed occasio. natura eam facit melius quam fieri potest ex eo quod peccat in materia aut in uirtute qualitatum eius. Creata est autem lingua ex carne molli et de numero partium oris sunt gingiue et sunt create ex carne dura et in gingiuis sunt dentes et in palato est membrum quod dicitur uula et illa est posita super arteriam tracheam siue cannam quam apud uenam propter sui reuocitatem uocat qui conueniens est ad uocem. quando autem crescit uula extremitate descendente tunc propter magnitudinem sui uocat uua. aliquando autem tunc crescit quod strangulat hominem. Amplius autem sub radice lingue in lateribus interioris partis colli siue gule que uocatur pars domestica eo quod uersus interiora hominis sunt due amigdale que sunt due auricule lingue sicut diximus. Et hec quid est dispositio oris usque ad interiora hominis ubi alia membra incipiunt. ¶ Mentum autem est membrum quod est sub ore ubi coeunt duo ossa mandibule inferioris et super ea est caro composita ex musculis mouentibus eam et quia coeunt ibi duo ossa ideo signum habet diuisionis in medio sui. et hoc caret in quibusdam hominibus. Phyzonomia autem horum ex sententia palemonis potissimi est colligenda et auicenne et constantini phoz quedam sunt anectenda. Mentum enim est prolixius fuerit nimis iracundus et nimis perturbatus demonstrat animum. aliquando etiam pietatem declarat. Nam que paruum et breue mentum habent uitandi sunt eo quod preter cetera uicia imites et inuidi sunt. Hos enim plerumque ad serpentes referebat. Si uero in rotundum designat mentum muliebres indicat mores et animum. Huiusmodi enim signum est semineus ut dixit pictagoras. Utilius autem mentum est commensuratum secundum aliquid ad quadraturam accedens. Si autem longe et in prolixum descendat mentum dolis assuetam mentem signat siue ostendit. Si autem in diuisione media nimis in profundum signum est ueneris et gratiarum apud homines. quid tamen dicunt et hos aliquando discordiam facere. ¶ Phyzonomia autem uocis fere omnibus auctoribus concorditer attestantibus confirmat. Dicunt enim quod qui uocem quassatam et tanquam ex quassato prouunt uasculo stulti sunt et voraces per nature inclinationem. Quorum autem sonus uocis indelectabilis est siue solius siue ouium aut caprarum uoci simul ex his stultitie huiusmodi iudicium. Qui uero a graui uoce incipientes in acuitate desinunt molles sunt effectus et cito lugubris

animi sunt. Qui autem acutam uocem cum  
 siccitate quadam proferunt ueluti pelles ac sub  
 doli pbantur. Si quidem acutam et mollem  
 habet uocem effeminate teste plone probant.  
 Si autem uocem tanquam ex concauo pectoris  
 emittunt grauem quidem et inflexibilem uiriles  
 in bellis sunt et magnanimi. Si uero aliquid tar  
 de et graue edunt uocis sonum tranquillū esse  
 signantur et iocundi et iustorum operum.  
 Qui in modum auium uocem in quendam ca  
 tum intendunt proni sunt in uenerem et de fa  
 cili fiunt leues et inanes. Inflata uero uox et  
 tenuis et quasi lugubris tristē indicat et as  
 perum et suspiciosum. Quorum autem uox in  
 currit in nares ita ut nares continent menda  
 ces maliuoli inuidentes et malis alienis sunt  
 gaudentes. Adhuc autem uox uehemens stre  
 pens tanquam permixtus sonus uiolentum inu  
 stum odium in corde gerentem indicabit. Tar  
 da uero uox in hētem precipitem declarat et  
 impudentem. Uniuersaliter autem dixit plō  
 quod attendendum est cuius animalis cuius hominis  
 uox similis sit et illius indicabit eum habere  
 consuetudines. Et quod in omni physonomia at  
 tendendum est maxime quod omnis uidelicet ex  
 cellentia et defectus retorqueant ad uicium et  
 medium ad uirtutem.

**Capitulum. xi. et est digressio declarans  
 formam et numerum et utilitatem spon  
 dilium colli et dorsi.**

Illo modo potest tradi doctrina mem  
 brozum corporis hominis secundum sen  
 tentiam ap. nisi faciamus digressionem et p  
 se etiam tradamus ossa anothomie doctrinam  
 et neruorum et musculorum et uenarum et arte  
 riarum. quia hec in omni inueniuntur compo  
 sitione in membrorum. Subiciat ergo nobis  
 ea que in precedentibus bene de ossibus inue  
 stigata sunt. quod uidelicet ossa capitis sunt fm  
 ueritatem. lix. secundum ga. lv. et inuestigemus in  
 ca. isto et formam et numerum et utilitatem os  
 sium que directa sunt in collo et in dorso usque  
 ad terminum recte linee que a capite posteri  
 us trahit per dorsum usque ad finem corporis  
 hominis. ¶ Dico ergo quod collum creatum est  
 principaliter propter tracheam arteriam. et quia  
 collum non bene portaret caput nisi esset ex  
 ossibus directe sibi colligatis. una oportuit  
 rectam colligationem ossium esse in collo aut  
 quia collum oportuit esse flexibile in omni  
 parte et ideo oportuit esse colligationem illam  
 ex multis ossibus. quia uero nihil distans lo

ge a suo principio perfectam sortitur illius  
 principij uirtutem. Cerebrum autem dat suū  
 sensus et motum toti corpori ideo oportuit  
 quod totum cerebrum est aliquid substantie et ali  
 quid similitudinis sue mitteret per totam corpo  
 ris longitudinem et hoc facit mittendo medul  
 lam albam que per colli et dorsi tendit longi  
 tudinem que micha proprie uocat et est uica  
 rius cerebri per neruos aptos ab ipsa motu  
 toti inferiori parte corpori administrans. est  
 autem sciendum naturam in omnibus facere  
 quod est melius et conuenientius. Lum igit me  
 lius sit minus secundum quantitates et leuius esse  
 quod supereminet et maius et grossius esse quod  
 supponitur. Oportet procul dubio quod mino  
 res sint spondiles colli quam dorsi. et ideo spon  
 dilium colli sunt strictarum basium respectu spon  
 dilium dorsi. Septem autem sunt numero spon  
 dilium colli qui quidem semper in isto inueniunt  
 numero nisi sit miniculum quod alicui aliqua  
 de eis addatur uel minuat. Sunt autem om  
 nes in dorso suo quod uertitur retrosum ro  
 tundum ad modum portionis que est maior  
 semicirculo et habent ante illud additamenta  
 per modum alarum inter quas et rotundum  
 suum est foramen satis magne quantitatis p  
 quod transit micha que est uicarius cerebri. Ale  
 autem due sunt in qualibet. una quedam a dex  
 tris et altera a sinistris porrecta que ale sunt  
 additamenta quedam descendunt neruos qui  
 egrediuntur ab ipsis de micha. ¶ Inter alas  
 autem os habent duorum ante per quod conclu  
 ditur foramen per quod transit micha et illud in  
 medio sui habet per additamentum paruulum cir  
 ca foramen quod est defensionis circa factum.  
 ne aliquid nocuementorum incurrat micha.  
 Retro se autem habet predictam circuli por  
 tionem et habet hanc figuram que descripta  
 est in margine et hec figura conuenit omnibus  
 spondilibus nisi quod spondiles colli minores  
 sunt spondilibus dorsi et etiam propter hoc  
 quod non impediunt cannam et psophagum ad  
 superiora tendentia cum membris sibi adiu  
 ctis. quia autem unumquodque iuxta suum prin  
 cipiū magis est quam in progressu et fine et ideo  
 etiam micha maioris est quantitatis in spon  
 dilibus colli quam in spondilibus dorsi uel re  
 num aut caudam et ideo foramen quod est ante  
 portionem spondilis colli maius oportuit esse  
 quam foramen spondilium dorsi et quia maiori  
 existente foramine necesse est debilitari ossis  
 substantiam ideo oportuit fieri recompen  
 sationem per ossis duritiam et ideo facti sunt du  
 riores et maiorum foraminum spondiles colli

Dorsales autem et minorum foraminum  
 facti sunt spondiles in dorso. quia aut in col  
 lo necesse est esse duas vias expeditas. s. po  
 cis et cibi quas impedirent additamenta ossi  
 u. n. spondilium si directe ante se in profundū  
 colli porrigentur ideo sua additamenta facta  
 sunt ascendente ante porciones circularum  
 ipsorum ut expediatur via canne et via yso  
 phagi. Est autem auxilium speciale in ascen  
 dendo quia confortatur ad portandum ca  
 put ascensione sua. Spondiles autem dorsi  
 non ita sursum sua porrigunt additamenta  
 et quia multus motus necessarius est collo  
 propter caput. oportuit esse laxam iuncturam  
 ossium colli sic ergo strictarum sunt basium  
 propter colli stricturam solidū substantie pro  
 pter foraminis amplitudinem habentes alas  
 propter nervorum egredientium defensionē  
 et habentes additamenta propter miche defen  
 sionem et ascendunt earum additamenta ne cō  
 cavitates canne et mī impediānt. Septem au  
 tem sunt in collo ut diximus. Est autem non  
 pretermittendum q̄ vnaqueq; spondiliū taz  
 colli q̄ dorsi in loco sue coniunctionis et ba  
 sis in quo coniungitur proxime sibi superiori  
 est dilatata ut apte locetur et cartilagine sup  
 posita ne ledatur duricie alterius et in loco  
 coniunctionis ante portionem circuli est a la  
 tere foraminis per quod transit miche. Addi  
 tamentum inferius duplex aspiciens sub aliis  
 suis et duplex additamentum superius aspi  
 cians super alas suas existens et inter illa est  
 foramen ex quo nervi motui ad dextram et  
 ad sinistram egrediuntur in corpus. Et h̄ est  
 dispositio omnium spondiliū composita ex  
 novem ossibus quorum vñū est porcio cir  
 culi cum duobus basibus suis. Secundū est  
 os durius quod est circa foramen anterius.  
 Tercium est additamentum qd̄ est in medio  
 illius qd̄ foramen concludit. Quartus et q̄n  
 tus sunt due ale. vna hinc et altera inde. Sex  
 tum est sub ala additamentum aspiciens infe  
 rius in vna parte. Et octauum est respiciens  
 superius ad alam in vna parte. Et nonus est  
 respiciens superius respondens illi in altera  
 parte. Et omnium quidem est hec dispositio  
 preter primam colli spondilem et sam quaz  
 formaliter est. Et adhuc sciendum q̄ motus  
 capitis a dextris et a sinistris fundatur super  
 iuncturam spondilis prime. Motus autem  
 eiusdem ante et retro fundatur super spondi  
 les iuncture secunde cum prima. Et de prima  
 quid̄ sciendum est q̄ in ea sunt due superius  
 uacuitates in quas apte egrediuntur duo ad

ditamenta que sunt iuxta formam capitis eo  
 q̄ eleuari et deprimi possunt in ea et quādo  
 vnum eleuatur alterum deprimitur et sic mo  
 tus a dextris et a sinistris et ad partem que d̄  
 prinitur caput mouetur propter quod in ea  
 dem spondili cum sit stricta sicut diximus im  
 possibile fuit fieri iuncturam aliam et ideo  
 secunda spondilis est stans per se habens ad  
 ditamentum medium valde longum et quasi  
 sursum directe respiciens et infigitur in fora  
 men prime spondilis ante miche ita q̄ mi  
 cha et additamentum sunt in eodem foraminie  
 miche interius et additamentum anterius et  
 illud foramen est in eis cōmune et illud addi  
 tamentum est valde durum et hoc additamen  
 tum a quibusdam uocatur spondilis et idem  
 nomen habet in omnibus alijs spondilibus  
 dens autem ille fortissimis ligamentis alliga  
 tur anteriori parte spondilis ne forte solutus  
 duricia sua ledat miche et ne percutiat ipas  
 motu suo. Ex hīs autem que dicta sunt reli  
 quitur q̄ spondilis prima maioris sit dimē  
 sionis ab ante et posterius. h̄ autem est ab an  
 teriori colli ad exterius a superiori ad inferi  
 us. quoniam in prima dimensione propor  
 tionatur capacitati duorum in foramen suū  
 ingredientium quorum vna est miche que ē  
 ingrediens maius. Et alterum est dens infe  
 rioris spondilis qui est ingrediens minus.  
 In secunda autem mensura non proportio  
 natur nisi vni ingrediendi qd̄ est miche. dens  
 autem predictus per foramen prime spondi  
 lis ascendit et in uacuitatem que in capite est  
 ingreditur ita q̄ ipm concavitas que est i of  
 se capitis circūdat anterius et posteri et col  
 ligatur ei fortissimis ligamentis q̄ nata iō  
 fecit ut sit latus spondilis primi magis stri  
 ctum propter stricturam loci. si enim a pri  
 mo spondili duos motus cap̄ haberet oport  
 teret ipsum minus dilatari. Est autem adhuc  
 alia proprietates prime spondilis. s. q̄ non ha  
 bet additamenta illa que diximus in alijs eē  
 spondilibus non enim indiget h̄mōi spiritus  
 custodientibus. eo q̄ submersa est spondilis  
 neq; habet alas. eo q̄ multi nervi et musculi  
 sunt circa ipsam propter principij nervorum  
 natiuitatem qd̄ est caput et horū impositio  
 ne ale impedirent. Adhuc autem tertia pro  
 prietas huius spondilis est q̄ nervi nō in ea  
 egrediuntur a duobus lateribus eius sicut i  
 alijs. sed duo per foramina que in ea posteri  
 us versus exterius colli ad superiorem par  
 tem tendunt. Aliter enim uehemens impedi  
 mentum afferret capiti in suis motibus. quia



vero ipsa spondilis est parua ideo foramina  
 ex quibus ueniunt nerui illi sunt ualde par  
 ua et nerui parui propter angustiam loci. Se  
 cunda autem spondilis habet foramina ante  
 in lateribus suis a quibus nerui egrediuntur.  
 et laxa iunctura ualde coniungitur est prima  
 et cum capite que iunctura laxior est q̄ ali  
 qua alia iunctura spondilium .eo q̄ motus  
 qui sunt per eas sunt ualde necessarij et cum  
 caput mouetur iunctura vnius spōdilis alia  
 manet inseparabilis. Cum enim caput moue  
 tur ante et post stat cum prima spondili sicut  
 essent caput et spondilis os vnum. Cum autē  
 ad duo latera mouetur sine transuersione cō  
 torquente ipsum in circulum sit spondilis p̄  
 ma cum secunda sicut os vnum. Alie autem  
 quinqz spondiles per bases sibi coniunguntur  
 et habent foramina que supra descripsimus  
 nisi q̄ dentem suū sursum erigunt. ¶ Dorsum  
 autem factum est in homine et alijs animalib  
 bus propter quatuor causas quarum vna ē  
 principalis ut sit via miche que uicarius est  
 cerebri in longitudinem corporis motu ner  
 uorum motiuorum. Si enim illi omnes ori  
 rent a capite oporteret caput esse multo ma  
 ioris quantitatis et sic pondere suo grauaret  
 totum corpus et nerui ipsi nimia extensi lon  
 gitudine et distantes a principio generationis  
 sue destituerentur a fortitudine propria et h  
 causa est quare dorsum est concuum in qua  
 concauitate est via miche. Secunda causa est  
 q̄ dorsum est longum et durum ut sit defen  
 sio et clipeus omnium membrorum molliuz  
 et nobilium que ante ipsum posita sunt p̄ tot  
 tam corporis longitudinem et ideo facte sunt  
 in eo spine et dentes et alie. ¶ Tercia causa est  
 ut sit fundamentum fabricę totius corporis.  
 ¶ Spina enim dorsū est sicut medium lignum  
 longum in navi cum omnia alia ligna affigū  
 tur. omnia enim ossa corporis aliquo mo  
 do mediate uel immediate spine dorsū affigun  
 tur. ¶ Quarta et ultima causa est ut aliquan  
 do sint motus inclinationis et erectionis pro  
 pter qd̄ etiam fieri non potuit ex ossibus lo  
 gis et magnis sed paruis et multis nec potu  
 it habere iuncturas nisi lapsas ualde. Est igit  
 dorsum via principij neruoz motiuoz et  
 hodie nobilium fundamentum molliū ossū  
 et inclinationis et erectionis et status adiuo  
 rium spondilis aut in genere quod est os cu  
 ius circuli portionem est foramen per qd̄ mi  
 chea transit. sunt optem diuersitates spondiliū.  
 aliqua enim habent quatuor additamenta sū  
 a dextra vnum et sinistra vnum et a duobus

foraminis lateribus duo. Aliqua enim addi  
 tamenta habet tantum sex quatuor. s. aperte  
 vna et duo a parte altera. Aliqua autem ha  
 bet octo et insuper dñtem. omnia autem bec  
 sunt ante in spondili. quia post existētia dor  
 si impedirentur curuitatem et essent ibi nocu  
 mentis exposita. Anterius autem descendunt  
 neruos sub ipsis egredientes quiscunqz autē  
 horum additamentorum respiciunt superius  
 in superiori parte spondilis posita dicuntur  
 erecta et alia dicuntur declinata in inferiori p  
 te spondilis inferiori respicientia. Spondiles  
 autem qui descendunt per longitudinem pec  
 toris sunt ille quibus iunguntur coste pec  
 toris et membra que trahunt acrem et sunt in  
 vniuerso .xii. quorum vndecim alas habent  
 et additamenta de quibus diximus. vna autē  
 est que non habet alas tamen ale habentium  
 alas non sunt equales nec et additamenta ear  
 um quecunqz enim sunt quorum membris  
 nobilioribus habent alas duriores et fortio  
 res et ille quibus iunguntur septem coste ma  
 gne et additamenta sunt magna et ale grosse.  
 ut fortissima sit ligatio earum cum costis et  
 bases earum late ualde. Spondilium autem  
 que sunt super decimam sursum habet tenden  
 tia quedam additamenta et in illis est uacui  
 tas siue concauitas recipiens sicut buccellam  
 quandam ex superiori sibi colligat. que au  
 tem inferius tendunt habent gybbositatē qua  
 dam que ingrediuntur quedam concua illa  
 rum quarum additamenta inferius curuan  
 tur. Decime autem spondilis additamentum  
 est rectum et habet utriusqz additamenta que  
 coniunctioni sunt apta et sunt caua recipien  
 tia alia in se sicut buccellas. earum autem que  
 sub decima sunt buccelle recepte sunt ad supe  
 riora porrepte et concuuitatis sue altas reci  
 pientes diriguntur ad superiora inferiora et  
 ipsarum additamenta ad superius incuruan  
 tur. vnde autem spondilis non habet quouis  
 am illa est apud zetes que fert magnam par  
 tem corporis et oportuit ut confortaretur.  
 et ideo dilata et additamenta duplata sunt et  
 propter quod subtraxit in supplementum ad  
 ditamentorum alarum generationem cū nō  
 esset indigentia earum ipsa est etiam ad quas  
 dyastigmati coniungitur extremitas. Infe  
 riores vero spondiles que sunt coniuncte re  
 nibus sunt quinqz numero habentes addita  
 menta et alas latas et in coniunctione inferio  
 ri dilatantur ualde. Os autem renum quod  
 est sub illis est latum ualde sicut basis totius  
 dorsū superioris et ab ipso egrediuntur nerui

pedis. os autem femoris similiter est perforatum quod consistit ex tribus ossibus magnis stricte coniunctis. quod sit iunctura spondilium et ale horum trium ossium sunt late et foramina. hincinde egredientia in quibus nervi oriuntur et foramen in medio edirecto foraminum spondilium per quod descendit micha. Lauda vero que ultima est in dorso similiter ex tribus componitur ossibus cartilaginosis et firmiter et stricte colligatis et ultimum est acutum in quo deficit foramen per quod descendit micha et sunt foramina in utroque latere ex quibus nervi a micha oriuntur ad motum membrorum corporis pertinentes. Sic ergo spondiles sunt in universo. xxxiii. vii. quidem colli et. xii. dorsi usque ad locum extremitatis dyastlagmatis et inferioris usque ad os renum quinque que simul sunt triginta cum quibus si coniungantur duo ossa gutturis de quibus superius diximus os scilicet triangulum super epiglottim existens et os quadrangulum super vuulam pendens erunt ossa trigintaduo et hoc est secundum curvaturam naturalem et communem. aliquando autem per miraculum sunt plura vel pauciora. Ego enim iam vidi duo ossa caudae duorum mortuorum quorum unum ex quinque et alterum ex quatuor compositum fuit ossium sed parva erant et brevia. Admiranda autem est sapientia conditoris qui nec opus fecit esse opus intelligentie et ideo dorsum ad rotunditatem formavit eo quod hec figura minus suscipit nocumenta et ideo addimenta omnium spondilium superiorum usque ad mediam sic ordinavit quod capita additamentorum superiorum spondilis curvavit ad inferiorem in qua in concava illius recipiantur et e converso capita additamentorum inferioris curvavit in concava superioris et sic colligavit eas usque ad mediam spondiles inferius et superius. Media autem est decima non quidem numero. sed dimensione longitudinis dorsi et illi nulla dedit addimenta sed concavam fecit superius ut reciperet inferiorem et sic dorsum incurvationis et erectionis motum haberet in ipsa. Renum autem et caudae ossa curvari voluit eo quod in ipsis sedes est et colligatio tam superioris quam inferioris ossium et totius corporis quasi sunt suspensorium sufficiant igitur hic de ossibus dicta.

Capitulum duodecimum et est digestio declarans anothomia ossium thoracis et brachiorum et eis con-

## iunctorum membrorum.

Altare opus est intelligentie unum quodque ordinantis sapientissime propter hoc pectus totum fecit ossium ut esset tutamentum membrorum nobilium scilicet cordis quod est in ipso et partium aliorum membrorum que vadunt per ipsum sicut canna et ysofagus et pro etiam ab eo habet protectionem. Hac etiam de causa fecit pectus amplum et latum ut sine pressione huiusmodi membra contineret ex multis enim fecit ossibus ut cum lesio accidit unum non mitteret ex continuitate super totum et ideo ut esset flexibilis dilatationem et constructiones que exiguntur in respirando et inspirando et saturationem membrorum nutritivorum et in ad motionem eorundem constituit ante ipsam ex xlii. ossibus. quorum numerus et figura et compositio sic inveniuntur. In dextra quidem parte sunt septem costae magne arcuales que in extremitate que versus dorsum est sunt aliquid quantum reflexe inferius et incurvate et habent ibi modulum parvum que intret inter alas spondilium ibi existentium et incurvate de qua diximus fortissime spondili per nezos colligatur et hec est causa quod ibi deflexa curvatur nec illa curvitas plus durat nisi in quousque exeat spondilis ligaturis et tunc directo arcu in latere versus anterius porrigitur et hec est figura et compositio omnium unde que sunt in parte dextra nisi quod media earum propter maiorem corporis amplitudinem est maior ceteris et longior per omnem autem modum similes istis et recipientes istas disponuntur septem in latere sinistro. in medio autem pectoris a gutture descendit os unum latum quod vocatur asser pectoris et habet in dextra parte sui septem foramina et totidem in sinistra. Ex septem autem foraminibus exeunt ossa quedam septem rectiora quam sint costae quibus costae obuiant et sunt brevia et cartilaginosa propter quod etiam quidam dicunt eas partes esse costarum cum tamen in veritate sint alterius substantie quam costae et per omnem eundem modum exeunt septem in sinistro latere obuiantia costis septem sinistri lateris. Sub istis autem costis longiora spondilibus inferioribus dextri lateris exeunt quinque costae que quia breviantur continue ne tumorem ventris impediunt dicuntur costae falsae et sic sunt etiam quinque in sinistro latere et natura ordinavit eas in tutamentum nutritivorum membrorum que sunt in pectore

In osse autem femoris deficit huiusmodi co-  
 statio ut uenter ante illud extendi et intumesce-  
 re possit tam in captu cibi q̄m in conatu egerē-  
 di. Sunt ergo costae. xxxiii. quorum. xii. in  
 vno latere et. xii. in alio latere a spondilibus  
 dorsi. xii. exeunt sub alis ipsorum spondiliū  
 et sunt. xiiii. ossa. vii. in vna parte toracis et  
 vii. in alia parte exeuntia respicientia costas  
 maiores et est os medium quod uocat asser  
 pectoris siue toracis ⁊ sub illo in media linea  
 uentris est os q̄ quidam uocant epiglotalē  
 eo q̄ habet figuram epiglōtis ⁊ est ualē car-  
 tillaginosum iacens super os stomachi et al-  
 ligatum asseri in pectore. in summo aut pecto-  
 ris iacet os humeri dextri q̄ superius est ro-  
 tundum ut minus capiat de nocuentis oc-  
 currentibus et inferius est latum aliquantulū  
 concuum ubi recipit supremum os toracis  
 et hoc protendit usq̄ ad brachiū et habet ibi  
 pyramidem magnam in qua uertit uertebraz ad-  
 iutorij brachij dextri uersus collum autē ha-  
 bet furcam per quam uene et nerui et artezie  
 colli et capitis extendunt et per omnia ista si-  
 mile est os in humero sinistro et sic in vniuer-  
 so sunt. xlii. ossa que sunt ossa pectoris et late-  
 rum et humerorum. Hic autem duo ossa for-  
 tia facta sunt propter onera ut protegāt alia  
 Spatula autem est os per quod ligat adiu-  
 torium brachij cum corpore et hoc non pote-  
 rat esse de toracis ossibus. quia brachiū est  
 membrum multorum et magnoz et fortium  
 motuuz et illi conturbassent cor et omnia no-  
 bilia membra si aliquibus de ossibus pecto-  
 ris adiutorium brachij colligaretur propter  
 q̄ sapiens natura spatulam formauit et po-  
 suit eam in exterioribus dorsi nec fundauit  
 eam in spondilibus. quia ppter causam quā  
 diximus cōturbaretur micha et alia membra  
 interiora nobilia quorum defensio est dorsi  
 spina. Est autem spatula os a lato tendens.  
 sed in stricta parte rotundatur ingrossatur et  
 ibi habet concauitatem cum alligatur adiuto-  
 rium brachij firmiter sicut et ossi humeri allē-  
 gantur indiget enim alligari duobus ppter  
 laboriosos motus quos habet. Habet autē  
 duo additamenta et vnum quidem tendit sur-  
 sum et per illud alligatur ossi humeri et illud  
 prohibet ne adiutorium a suo loco ad supe-  
 riora moueatur. Alterum autem est interius  
 in spatula et descendit et phibet adiutorij dis-  
 locationem hoc est indiget adiutorium sicut  
 diximus propter fortes motus eius et labo-  
 res. hec autem spatula latum suū et tenue con-  
 uertit uersus spinam dorsi ad domesticum

corpus et ibi deficit in cartillaginem ut leui-  
 us coniungat spine et non faciat confricatio-  
 nem. strictum autem suum et grossum rotun-  
 datum conuertit uersus adiutorium ad silue-  
 stre corporis et in lato suo erigitur sibi addi-  
 tamentum triangulare ut per illud defendat  
 latitudo eius a nocuentis incurstantibus la-  
 titudini et basis huiusmodi cōuertitur ad sil-  
 uestre uersus adiutoriu et angulis ei⁹ ualē  
 acutis conuertitur ad domesticu uersus spi-  
 nam hoc fit ne faciat tumorem in dorso et ne  
 faciat confricationem in motu suo uersus ad-  
 iutorium et sub nodis ossium eorum que ibi  
 sunt non uidetur neq̄ confricationem facit  
 et talis omnino est dispositio spatule in par-  
 te sinistra. ¶ Hic itaq̄ notatis brachij et ma-  
 nus rimanda sunt ossa. primum autem notan-  
 dum est q̄ brachiū in quatuor diuidit me-  
 bra quorum fortius et superius in quo ro-  
 bur consistit uocatur adiutorium. eo q̄ in  
 uirtute sua consistit totum adiutorium ope-  
 rationum et tentionum. Scdm autem quod  
 est a cubito uocatur brachiū. Tercium au-  
 tem q̄ est inicitum strictus manus uocat ra-  
 sceta et quasi uocatur manus cū partibus su-  
 is que sunt pectē siue uola manus et digiti.  
 sed uola proprie uocatur extrinsecum quod  
 obutando suscipit digitos et diuiditur i cos-  
 sicut latitudo pectinis diuiditur in dentes de-  
 uilos pectinis eiusdem. In adiutorio igit in-  
 cipientes dicim⁹ q̄ ipsius nō est nisi os vnu  
 forte rotundum curuum aliquantulum ita  
 q̄ connexus eius est ad siluestre et concuum  
 eius est ad domesticum corporis. vnum au-  
 tem est ut uirtus eius diuisa in plures nexuz  
 debilitetur ipsum an multa habet sibi imme-  
 diate et mediate alligata confortare et susten-  
 tare et ideo est forte. rotundum autem est sic  
 a nocuentis sit tutius q̄ potest. Curuum  
 autem est propter duas causas. quarum vna  
 est multitudo neruorum et magnitudo mus-  
 culi sui qui melius in curuo q̄ in recto ab-  
 sconditur et firmitus locantur. Secunda autē  
 est q̄ per hanc figuram melius subducit se a  
 nocuentis quod ante connexus est extra  
 et concuum intus sue curuature ideo est ut  
 uersus corpus melius amplectetur et strin-  
 gat quod est stringendum. et etiam ideo q̄  
 manus cum manu melius per suam curuita-  
 tem ante pectus applicetur. Os autem illud  
 quod adiutorium uocatur ex parte superio-  
 ri habet nodum bone quantitatis ac si sit cor-  
 natilis que a quibusdam buccella uocat pro-  
 prie autem uocatur uertebra eo q̄ in ipso

conuertitur in nexu iuncture sue et iuxta no-  
dum est aliquid curuitatis quasi deriuat ad  
vnam partem aliquantulum et a parte a qua  
deuia est additamentum aliquod et nodum  
quid intrat in pixidem spatule et ei fortissime  
colligatur. id autem a quo diuertit alligatur  
ossi humeri fortissimo ligamento. ex parte au-  
tem illa qua tendit ad cubitum est grossus in  
extremitate sicut malleolus et habet ibi duas  
figuras. vna quidem superius est plana ac si  
sit per transversum abscisum et bene planatū  
inferius autem habet similem modum nisi quod  
est in illo plana fouea parua et cōcana et ho-  
rum utilitatem iam inducimus. Brachiū au-  
tem ex duobus compositum ossibus sibi p-  
longitudines coniunctis et h ab antiquis vo-  
cata sunt assyda. A latinis autem dicit arun-  
dines siue focilia. et illa quid que est in supe-  
riori est minor eo quod nihil portat et ideo for-  
titudine non indiget et h vocatur arundo si-  
ue focille superius. Alia autem prundo est in-  
ferior et est via eius facile brachij et sunt ro-  
tunde et aliquantulum curue sicut adiutorij  
et propter easdem causas. superior autem in  
extremitate qua coniungitur adiutorio et pla-  
na connexa et ligamentis fortibus laxis. sed  
non immergitur altera in alteram per vertebz  
uel buccellam eo quod mediante ipso fit motus  
contorquens et resupinans brachium quod fieri  
non posset si altera in alteram intraret quod tunc  
per talem motum dislocaretur. Inferior autē  
in parte qua tangit brachij cubitum habet no-  
dulum per quem recipitur in fossa que est in  
inferiori adiutorij et ei fortiter colligatur. eo  
quod illam sit motus brachij ad domesticū quā-  
do amplexatur et stringit ad siluestre quādo  
reicit aliquid et repellit. quia hū motus fortes  
sunt indiget in eis forti ligatione et h fortiter  
ligata continet etiam superiorem ne discedat  
ab ipsa. in medio autem longitudinis sue re-  
cedant aliquantulum ab inuicem ut locentur  
et inter eas et circa eas nervi et musculi mag-  
nis quibus indiget ad multiplices motus su-  
os. ex parte autem illa qua dirigunt ad ras-  
cetam sunt grossiores iste arundines parum  
et quasi abscise et planate ut super eas valde  
laxa. sed firma et forti ligatura ligantur ossa  
rascete. hec igitur est dispositio brachij et cu-  
biti et adiutorij. Rasceta autem ex octo com-  
ponitur ossibus diuersis et medulla carenti-  
bus. dura enim est oportuit ut fortia sint ad  
tenendum et ut non cito frangatur et multis  
impulsibus et lesionibus que accidunt in ea  
Sunt autem octo ossa breuia ex quibus tres

tendunt versus ossa que dicuntur assyda. et  
iunguntur cum planiciebus eorum. et quia  
ossa assyda sunt duo in latitudine brachij capi-  
ta sua hūta oportet ut tria ossa rascete istis  
connexa essent ad illam partem strictiora ut  
tria duobus conuenirent. Quartum autē est  
adiunctum tribus in inferiori parte non nisi  
in adiutorium et stringitur valde versus as-  
seyda ita quod in duabus planiciebus vnus as-  
seyda alligantur duo et similiter alia duo in  
duabus planiciebus alterius et est eorum ne-  
xus fortibus ligaturis factus. sed est valde  
laxus ut manus bene sit mobilis ad omnem  
partem. h autem quatuor ossa dilatant ver-  
sus pecten manus et ab inuicem scdm longi-  
tudines suas coniuncta aliquantulum paula-  
tim separantur propter manus capacitatem et  
in illa parte quatuor alia obuiant eis et alli-  
gantur eis ita stricto nexu quod sursum eadem  
cum eis videntur et hec sunt etiam breuia et  
durissima et sine medulla propter easdem cau-  
sas quas supra de alijs diximus statim autē  
illis coniunguntur quatuor ossa que perfici-  
unt pecten manus per longitudinem coniun-  
cta et habent etiam strictum nexum cum qua-  
tuor secundis ossibus rascete et dilatant pau-  
latim ab inuicem ad receptionem ossium que  
sunt digiti. hec autem coniunctio latitudinis  
manus sit ppter ea quod possit dilatare se et cō-  
trahere et concauare et rectificare. hec enī exi-  
guntur ad opera diuersa tenendi et reiciendi  
manus et operandi. eo quod manus est organū  
sicut in sequentibus docebimus. Digni autē  
quatuor obuiant predictis quatuor ossibus  
coniunguntur tamen eis lapso valde nexu  
ut sint mobiles et flexibiles et quilibz eorum  
constat ex tribus ossibus laxis articulis col-  
ligatis ita quod os recipiens habet rotunditates  
circulares in quibus uoluitur os receptum  
apte et sunt ossa digitorū dura valde et gros-  
siora semper versus pecten et subtiliora uer-  
sus extrema sua ut digiti paulatim acuatuz  
licet autem fortiores essent digiti si ex vno cō-  
tinuo aut ex duobus formarentur ossibus  
et manus similiter non tamen essent ita plica-  
biles ad apte operandum et tenendum et pro-  
pter hoc a natura facta sunt ea que sunt i ma-  
nu et h quod infimitates asserit multitudo ossiū  
restituit fortitudo ligamentorum. quodlibet  
autem os cuiuslibet digiti est aliquantulum  
curuum. et curuum suum quo ad connexum  
habet sursum ad superficiem manus exteriō-  
rem concauum versus interiorez. quia h for-  
tem et aptam perficit apprehensionē et tenēōz

poliis autem tria ossa extra pecten ad illud  
 os rascete colligationem habent q̄ quartum  
 additamentum esse diximus. h̄ autem digitus  
 factus est ut concludat pugnum manus et s̄  
 super alios digitos plicari debuit q̄ nō pos  
 set fieri si in lateribus eorum cum pectine ma  
 nus colligazetur. vngues autem sunt de sube  
 stantia mollis ossis uel potius d̄ natura cor  
 nu q̄d medium est inter os et cartillaginē  
 et ideo mollificantur in calido sicco et calido  
 humido et sunt dati in arma et defensionē ex  
 tremittatis digitoruz. quia aliter in forti com  
 plexione digiti decederent et lederent. et quia  
 digitoruz ossa concauum suum habent per  
 sus interioruz. manus ideo etiam in illo habet  
 carnositatem et neruositatem suorum et non  
 exterius sunt connexi. S̄ igitur omnia ossa  
 dicta numeramus sunt duo ossa scapularū cū  
 tribus additamentis suis quoz id q̄d uerius  
 adiutorium porzigitur. uocat rostrū coruē  
 et non est os speciale sepatum a spatula et sūt  
 duo adiutoria ut usq̄z brachij et quatuor ha  
 rundines et. xvi. ossa rascetorum et. viii. pe  
 ctinum manuum duaz et. xxx. ossa decem di  
 gitoruz et. x. ossa vnguium mollia que om  
 nia simul sunt. lxxii. ossa in iuncturis aut la  
 pis sunt ossa s̄samina. de quibus superior di  
 ximus que suppleunt uacuitates et h̄ non nu  
 meramus h̄ igit q̄sum presenti sufficit inten  
 tioni sunt ossa brachioruz cum h̄is que col  
 ligata sunt eis.

Lapitulum. xlii. et est digressio decla  
 rans modum et numerum ossium co  
 rarum et crurium et pedis compo  
 sitionem.

Est hec autem inuestiganda sunt ossa  
 cozarum et pedum et eoz que eis allē  
 gantur. Primum igit est os femoris quod  
 exit a linea spondilium uersus latus dextrū.  
 et in extremo suo habet concauitatem rotun  
 dam magnam et fortem intus cartillaginosā  
 Concauum enim est ut recipiat uertebz co  
 xe et rotundum ut sit motu aptum et a nocu  
 mentis remotum magnū autē. quia coxe os  
 oportuit esse magnum ita q̄ portare potest  
 pondus corporis. forte autem est ideo. quia  
 portat superiora omnia et ad ipsum est colli  
 gatio omnium inferiorū. simile aut omnino  
 est in sinistro. h̄ autem os circa quatuor situ  
 um. quatuor habet nomina ad siluestre enis  
 comparatum uocat os plij. ad anterius aut  
 comparatum uocat os femoris. ad posteri

autem relatum uocat os anche. Si uero refe  
 ratur ad superius q̄d tamen ad inferius respi  
 cit uocatur scia siue p̄xis coxe eo q̄ uertebz  
 coxe uertit in ipso. sup illud autem os in in  
 terioricorporis sunt posita membra nobilia  
 perlica uidelicet et matrix et spermatis rece  
 ptacula in uiris propter quod etiā uirga uiri  
 posita est super neruū ossis hui⁹ sicut in se  
 quentibus ostendemus ponit etiam sup ipm  
 ficteris et intestinum rectum et quedam alia  
 coxa autem non habet nisi unum os q̄d pro  
 tenditur a loco femoris usq̄z ad genu et hoc  
 est os maius omnibus ossibus que sunt in  
 corpore hominis et est curuum aliquantulū  
 sed in hac curuitate cōnexum conuertit ad sil  
 uestre et concauum ad domesticum nisi enim  
 ita conuertet accideret claudicatio. Adhuc  
 autem si directa linea descenderet per eque di  
 stantiam non bene cōseruaret et continēt mu  
 sculos magnos et neruos conficarent simul  
 carnes cozarum ppter spissitudinem muscu  
 lozum. In superiori autem parte habet nō  
 cornatilem et ille diuertit a recto ad domesti  
 cum ut p̄xide immittat et hunc modum qui  
 dam dentem uocauerunt. locus autem a quo  
 diuertit a dimensione ossis est paratus ad li  
 gamenta forta suscipienda. Inferius autem  
 ibi genu siue poblite attigit est grossa quasi  
 malleus ut ibi ossa cryris recipiat et sciat q̄ si  
 cut pes dat homini propter infirmitatem si  
 xionis ita datur coxa propter motū p̄gres  
 sionis et ideo qui carent pede p̄cedunt et nō  
 impediunt nisi infixione progressionis sue.  
 Crus autem componit ex duabus harundi  
 nibus sicut brachiū et exterior quid est mag  
 na harundo uocata et interior in crure uoca  
 tur arundo minor. maior aut non est adeo  
 magna sicut coxa. quia coxa est ad portandū  
 magis q̄z ad motum. sed cruris harundo ma  
 gis est ad motum q̄z ad portandum. Est aut  
 h̄ harundo duas habens curuitates. quaruz  
 vna medij ossis uidelicet concauum habet ad  
 siluestre et concauum ad intus ppter causam  
 quam diximus de coxa. Altera est inferius i  
 crure ibi enim incuruatur ad interior habes  
 concauum et ad exterius habens curuum. sed  
 curuatura illa est ualde modica et est ideo fa  
 cta ut pedis fixio sit firmior statū est illa cur  
 uatura ingrossat os et dilatat ad ossiū pedis  
 receptionem. harundo autē ista superius con  
 iungit coxe in receptaculo eius i poblite ha  
 rundo aut minor est breuior et minor q̄z ista  
 tamen attingit ad poblitem et ad talum ex al  
 tera parte et est recta et parua creata. ad h̄ ut

contineat neruos et muscolum magnum qui  
 lura uocatur que sunt inter eam et harundie  
 nem maiorem. A genu autem extra ad ante  
 est os rotundum quod uocatur a quibusdam  
 oculus poblitis et est adh ut firmet inflexio  
 nem poblitis que fit a dextera retrorsu ne cru  
 ris locatio dislocetur et ideo ante ponit quia  
 ubi quibz alibi poneretur impediret debita cru  
 ris inflexionem. Sed igitur est dispositio cru  
 ris a femore usqz ad talum. ¶ Pedis autem  
 creatio est ad fixationem gressus et status. Et  
 ideo pes creatus est intus concavius et extra  
 tenuis et defixus. quia ad exterius respirare  
 et reflecti posset ad interius autem non pro  
 pter cruris inflexionem. factus aut est anteri  
 us longius ut fortiter teneat id cui infigitur  
 et ideo digiti eius deorsum inflectunt. Com  
 ponitur autem ex pluribus ossibus quorum  
 primum est qz talo supraponit uocatur ara  
 bice chahab. et achib a latinis autem uocat  
 basis cruris et est os qd superius habet pla  
 netas receptiones. harundinu cruris duas et  
 est directe in medio pedis. licet quibz dicunt qz  
 uergit ad domesticum pedis. Secundum autem  
 os quod uocat calthaneum et continuat cha  
 hab et est triangulare in pedis chahab. sed in  
 fine in calneo est rotundum superius durum  
 ut fortiter figat pedem in hoc enim est efficien  
 tia omnibus ossibus pedis. inferius autem e  
 mollius ut suauius calcet ea que sunt sub ip  
 so et minus ledatur et ex parte ante ad dome  
 sticum pedis continuatur cum cahabo pedis  
 os qd uocatur nouiculare. quia est super co  
 cauum pedis et est concavu et continuat po  
 sterius cum calcanei osse anterioris autem con  
 tinuatur cum tribus rascete pedis ossibus. ex  
 parte autem siluestri pedis continuu os qd  
 dam quod uocatur grandinosum. et est ex  
 agonum in anteriori pedis et habet angulos  
 ad exterius ut per ipsum pes bene figatur in  
 exteriori parte. cum nauiculari autem in an  
 teriori pedis continuatur ossa rascete pedis  
 que sunt tria curta et durissima in eminentia  
 pedis posita que tamen quibz quatuor esse di  
 cunt. quia ipsi os grandino siue tunc cum tri  
 bus digitis connumerant et hys connumerant  
 quinque ossa pectinis pedis et hys ultimus. v.  
 digiti pedis quorum quilibet habet tria ossa  
 preter maiorem qui habet duo ossa. Differen  
 tia autem est inter pedem et manum precipue  
 in duobus. Unum qz manus ex pluribus co  
 stat ossibus qz pes. Secundum autem est qd in ra  
 sceta manus sunt due acies ossium et in rasc  
 eta pedis non est nisi vna. Causa autem huius

est. quia cum manus sit organum organoru  
 et ad subtilia opera oportet eam habere plu  
 rimas iuncturas. Pes autem non est creatus  
 ad h. Sed ut fixio eius sit firma et motus ei  
 us curtus non mutans et licet ad h exigant  
 iuncture. tamen ad h magis ualet paucitas  
 ossium qz excessus nerui eorum. in digitis au  
 tem ungues que sunt ossa mollia sicut et i di  
 gitis manuum. ¶ Et sic omnia ossa rigil qd e  
 ministri motus sunt due coxe vna dextera et  
 altera sinistra. femoris duo dextrum et sini  
 strum. crurium quatuor duo dextera et duo  
 sinistra. oculus genu dext et sinist que etiam  
 duo et duo cahab siue aquib. et duo calcanei  
 et duo nauicularia et duo glandinosa et sex  
 ossa duarum rascetarum pectinu duarum. x.  
 quinque vnus et quinque alterius et. xxviii. os  
 sa digitorum pedum amborum et. x. ungues  
 que omnia simul faciunt. lxxii. non tamen co  
 putauimus ossa sissamina que replent uacui  
 tates laxarum iuncturar in digitis pedis et  
 manuum similiter non computauimus os cor  
 dis et os epatis. qd aliquando inuenit et sic  
 scdm subtilissimam computationem sunt ossa  
 in hominis corpore. cc. lxxvi. pterea que ex  
 cipimus. Quidam autem non computat un  
 gues. xx. quos diximus et non computant  
 duo ossicula gutturis dicunt enim cartillagi  
 nes esse et non computant ossa femoris que  
 nos tria inter spondiles diximus nisi p vna  
 et os caude pro vno et dicunt qz etiam ossa  
 anchazum eadem sunt in osse femoris et illi  
 quia auferunt a predicto numero ossium. x.  
 xviii. dicunt numerum ossium esse qz ossa du  
 centa sunt atqz quaterduodena.

Capitulum. xiiii. et est digressio decla  
 rans de musculis in comuni et de mus  
 culis capitulis et membrorum que sunt  
 in capite collo et gutture.

¶ Einde de anothomia musculorum et  
 neruorum et cordarum et ligamentoz  
 est dicendum. Supponamus autez uirtutem  
 motiuam a cerebro descendente siue habeat  
 eam per se sicut dixit. Gal. et instrumentum  
 uirtutis motiue in motu uoluntario cuius  
 cunqz membri esse neruum. dicamus ergo qz  
 musculus quo completur motus cuiuscunqz  
 membri sed hoc erit membrum neruosum ne  
 cessario. Cum autem ex libris precedentibus  
 naturalibus sciamus carne meditare in tactu  
 et tactum esse diffusum per omnia membra mo  
 tiua eo qz motus non est sine sensu. oportet

Idem membrum etiam esse ex carne. Scimus autem carnem esse laxam et mollem per seipsum membrum autem quod dat motum alij debere esse conseruatum et ideo constat quod oportet carnem illam esse inuolutam panniculo in quo conseruetur. Cum igitur recitantium diuidit nervus motiuus oportet uacua recidationis impleri per carnem in qua nervus dispergitur et ideo nervosa est et appellatur caro illa muscularis et ut conseruetur oportet ipsa substantia nervi circumtexi. sibi in panniculum quod concludit eas. et conuoluat ut colligatur virtus eius ne defluat in carnis mollicie nullus autem corporeus motus regit in motu alio quid quod inordinatum habet motum per se ipsum nisi aliquo corporeo trahente et relaxante id quod regitur sicut cor regit membra et sic fessor equum. et idem est in omnibus alijs. et ideo musculus mouens habet in medio suo neruum per se transeuntem sicut axis qui ueniens per extremum suum ad membrum alligatur membro et per illum trahendo et laxando mouet membrum in medio quod sibi habet quia uirtus omnis in medio confortatur et ideo cum colligitur musculus trahitur membrum uersus musculum et cum laxatur musculus membrum redit et recedit a musculo. Contingit autem quod aliquando est musculus corda parua et subtilis ita quod vix uidere aut etiam affugit uisum omnino. h. n. quod sic transit per musculum et membro quod mouet alligatur uocatur corda. Et ex his scitur quod omnis corda est nervus. sed non omnis nervus est corda propter quod quidam arabes dixerunt quod corda est megar musculi. Meguar autem idem est quod axis. Contingit autem aliquando quod membrum habet plures in oppositis situs mouentes sicut oculos et tunc primo se colligente et ad se membrum trahente alter extenditur et ut laxet cordam suam non motum impediatur se uersus membrum extendat. et si ambo se contrahunt in oppositos situs trahentes. tunc membrum directe stans inter utrumque continetur. Jam igitur scimus quid sit musculus et quid nervus motiuus et quod corda nullum autem istorum caret sensu. Ligamentum autem non est nervus sed est multo durius in uero et terrestrius et ideo sensus non habet. nec a cerebro descendit sed in colligatione duorum ossium egreditur ex utroque in utrumque et dilatat se super iuncturam sicut inuolutus firmus. sensu autem caret. Quia si haberet sensum continuu habere doloem ex motu et concussionem ossium in iunctura si

cut superius diximus. Hic in comuni habitis de nervis et cordis et ligamentis et musculis inquiramus anothomia musculorum corporis incipientes a musculi faciei. est autem numerus musculorum faciei secundum motuum membrorum que sunt in facie videmus autem moueri in facie septem membra vniuersaliter ab omnibus et a quibusdam viti. que sunt frons oculi palpebre superiores et maxilla in comunitate labiorum. et labia sine maxillis et due inferiores narium extremitates mouetur autem et mandibula inferior forti motu. frons quod mouetur a musculo adeo tenui quod acute non separatur. propter quod etiam corda qua moueat non uidet habere. Causa autem est quia membrum quod moueret musculus tenue est et latum. inuadit autem motus frontis aliquando in claudendo oculum laxando se et contrahendo. oculi autem sex mouentur musculis quorum quatuor in quatuor sitibus positi mouent oculum ad suas partes sursum. deorsum ad angulum nasi et ad angulum extrinsecum. duo autem girant oculum in circuitu. Nervus autem opticus qui est retro oculum tenetur ab primo et quando ille laxatur egreditur et prominet oculus et huiusmodi quidem principium vni cum est et tamen sunt qui dicunt duos esse et quid dicunt tres esse. palpebre autem secundum duos motus quos habet apertionis et clausionis. oculi duos habent musculos inferiores. quid in angulo oculi cuius corde in ipsum uenientes. uenientes deponunt eam. In ortu autem pilorum super cilijs habet alium qui constringendo se aperit eam per cordas quas mittit in extremitates eius. inferior autem nullum. quia immobilis est eo quod natura expedit se paucioribus quam potest et possibile fuit oculum aperiri et claudi per vnam. Melius autem erat per superiorem hoc fieri. eo quod est propinquior principio neruorum. sic ergo due palpebre quatuor habent musculos et duo oculi habent. xii. et duo nervi optici duos. Maxilla autem habet duos motus vnum inferius et superius qui sequitur motum mandibule et aliam ante et retro cum labijs comunem. Generaliter autem est verum quod quicumque motum habet membrum qui est alterius proportionis habet eum a musculo qui est illius membri et si habet motum comunem cum alio membro hoc erit per musculum comunem utque membro. Motus igitur primus est a musculo qui est gena maxille. tamen unusquisque musculorum mouentiu

maxillam componitur ex quatuor locis sursum et deorsum dirigunt. vnus quid est ortus a furcula cuius villi ad extremum labij inferioris. perueniunt et trahunt ipsum inferius cum aliquis inferior reuoluit labium motu voluntario. Secundus autem oris inf furculam et thoracem a duabus partibus dextra et sinistra sed nulli transuersi ueniunt. ortus .n. a dextero uenit in sinistram partem labij in angulo oris et ortus a sinistro uenit in finem dextri labij et contrahunt os ad partes suas et cum colliguntur isti villi angustat os sicut contrahitur bursa per corrigia. Tertius autem oritur ab osse spatule quod uocat rostrum corui et extendit se in musculo continuo et trahit labium simili attractione in duas partes. Quartus autem ab auriculari spine colli et extenditur sub termino aurium et continuatur cum sine maxille et mouet eam et motus eius sequitur labium. in quibusdam autem iste musculus uenit sub aure. et ille mouent aure vnâ uel ambas. ¶ Laborum autem motus proprius quatuor perficitur musculis. quorum duo ueniunt a genis et duo ab inferiori. sed ita omnes isti permiscetur substantie labij quod sensu ab istis non discernunt. Sed cum aliquis mouet membra sua uoluntarie per sensum contractionis et dilatationis per sensum diuersarum partium corporis sui potest perpendere unde oris villus retrahens et relaxans. quia usque ad ortum istum sentit contractio et relaxatio. ¶ Cum lepore nasi duo parui fortes continuantur musculi a parte genae uenientes et mouent nasum in partes sinu suorum parui autem sunt ne alijs magis necessarijs musculis maxille faciant impedimentum. fortes autem quia aliter paruitate prepediti debiles essent ad mouendum. ¶ Mandibula autem habet tres motus quos habet musculos habet mouentes et primus quid motus qui est aperiendi motus habet musculos inferius. Claudendi autem motus superius. habet superius musculos molendi autem cibum cum sit motus transuersus mouens mandibulam habet musculos transuersos. ¶ Motus quid claudendi perficitur duobus musculis temporum aut quia cerebro vicini sunt nec distinguunt ab ipso. nisi osse capitis molles esse necesse est et quia vicini sunt cerebro lesi inducunt frenesim et mortem. et ideo natura sepellit eos sub osse parisi et pertenditur in canali ossis descendendo donec durecant et tunc ex se cordas emittunt ad extremitatem mandibule quibus eam claudunt. quia autem mandibula in homine parua est et ra-

ua in medio. et non est ad fortes motus. Ideo musculi parui sunt. in alijs autem animalibus magnas mandibulas habentibus et ad morsus duos ordinati sunt magni musculi isti. quia tamen frequens est iste motus indiguit adiutorio propter quod natura duos alios fecit musculos inferius descendentes. quia ex medio sui cordas ut fortiores sint emittant et ad fornice siue arcus mandibule innectunt et coniuuant ad claudendum. precipue quia motus ideo quia motus claudendi est contra pondus nature mandibule propter quod in mortuis descendit et aperitur os musculi autem aperiens mandibulam ueniunt ex quibusdam additamentis que sunt post aure qui descendentes colliguntur et fiunt vnus musculus et postea separantur et faciunt cordas. et deinde iterum ramificati et diuicati implentur carne et fiunt musculi iterato qui applicans fila sua mento aperit mandibulam. quia autem proprius est motus ille mandibule non fuit indigentia ad motum illum. alio musculo moueri aliquo. ¶ Musculus autem qui est masticationis duplex est. Est .n. vnus ab vna parte et altera transuersus mittentes villi et sunt trianguli musculi quorum uterque vnus filum mittit ad mandibulam inferius et alterum ad os partis superius ita quod inter ista est basis erecta continua et per illam mouent transuersus mandibulam. Caput autem motus habet proprios quosdam. et quosdam communes cum quinque spondilibus colli inferioribus. sed siue sit motus proprius siue communis non est nisi vno. modo scilicet anterus uel posterius aut a dextris aut a sinistris. aliquando autem circumgirat. sed ille motus est compositus. Curuantes quid caput ad inferius sunt duo descendentes ex lateribus capitis retro et uillis suis permiscetur retro post aures superius et miscetur descendentes donec eleuent ab osse thoracis. inferius tamen quid putant tres esse musculos dictos quia duo extrema vnus diuidunt in duo. Cum autem vnus istorum musculorum modo se colligendo caput inclinatur inferius et cum ambo colliguntur caput cum inclinatione porrigitur anterus moderate. Musculi uero qui caput et collum anterus inquant simul super par vnus musculorum que sub iny siue sub ystophago ponuntur extendens se ad partem spondilis prime et secunde h. n. contrahendo se sub iny curuat caput solum. Si autem extensio ad spondiles dictas cooperatur curuatur ad caput et collum anterus



Musculi autem qui solū caput curuant posteriorius quatuor sunt paria musculorum que sub dicto pari ponuntur tam inuictam q̄ in alijs additamentis diuerforum spondilium de quibus nō oportet aliud scire nisi q̄ duo primi caput posteriorius ezigunt aut sine declinatione aut cum declinatione. parua. Tercium autem rectificat torturas declinationis. Quartum autem curuat ad posteriora caput cum manifesta transuersione. Adhuc autem cum terci et quarti aliquis musculus declinauerit. declinabit eas ad partes eiusdem et cum ambo simul retrahuntur tertium scilicet et quartum mouebitur caput cum transuersione. Adhuc autem cum terci et quarti ad posteriora absq̄ declinatione. Tria autem paria sunt profunda que caput cum collo curuant quorum unum triangulum est posteriorius cerebro et alia descendit in collo et ad alas spondilium et aliquod m̄m descendit inter alas spondilium. Musculi autem qui caput ad duo inclinant. latera sunt duo paria caput cum spondili prima continuantia ante et retro et a dextro et a sinistro spondilis quod. cum nō autem unus ex quatuor musculis mouet curuabit ad se caput cum transuersione. et quicumq̄ duo ab una parte trahuntur trahēt ad se caput sine transuersione et si anteriores mouent iuuabunt in declinando caput ad inferiora. et si posteriores mouebuntur remouent caput posteriorius. et si omnes quatuor musculi duorum parium simul colligendo se mouebuntur stabit caput erectum. Licet autem musculi aliquando sint minores. tamen loci bonitate recuperant quod quantitate diminutum est ab eis. Iuncture autem diminutum est capitis cum spondili super quem necitur duo fuerunt necessaria. unum quorum est firmitas iuncture ut difficulter possit moueri motibus uolentis. Altera est q̄ sint circa eam multi nerui motui ex quibus causatur facultas mouendi per uoluntatem et ut laxa sit iunctura. Hoc enim non mouet quando ipsa iunctura est in se firma propter quod etiam multos natura isti iuncture circumposuit musculos qui eam cingunt et circundant. Hic ergo musculi capitis et dictis modis mouentes. Epiglotis autem qui membrum gutturis est habet etiam musculos se mouentes quorum unus quod par est quod ab osse nascitur et uadit ad anteriora peltalis et expanditur super ipsam et contractione sua trahit cimbalem ad interiora et anteriora gutturis et tunc dilatatur

epiglotis. et secundum est par unum quod tamen. Inter musculos gule numerat et scdm̄ ueritatem est commune gule et epiglotti cuius origo est in thorace et ostenditur ad peltalem et contractione sua aperit uel adiuuat incipiendo. primum par de quo diximus in multorum autem animalium epiglotis sunt plura paria quod deprehenditur ex multis motibus gutturum eorum circa epiglottim que paria proueniunt ad cimbalem posteriorius et contractione sua eleuant eam et trahunt ad posteriora et tunc separatur circularis ita q̄ non cooperit peltalem et sic dilatatur epiglotis et quidam in latitudine extendunt cimbalem et iuuant ut epiglotis dilatetur et hī quidam sunt qui epiglottim aperiant et dilatant. Sex autem sunt musculi qui eam constringunt ex quibus est unum per quod oritur ab osse laude dictus et extenditur ad peltalem et recedens spargitur super innominatum et continuatur isti et cum contrahitur claudit epiglottim et coangustat. Alij autem quatuor musculi qui cum a quibusdam tantum duo. Sed dupli dicuntur tangunt peltalem etiam innominatum extremitates et illi contractione sua inferiora coangustant epiglotti. Unum autem par istorum est occultum et alterum manifestum est. Cuius autem fuit q̄ hec in interioribus nascerentur a radice peltalis ut sic inferiora trahentes melius confirmet clausuram. Nascentur autem a radice innominati et cymbalaris a dextris et a sinistris et tali clausura claudunt epiglottim q̄ musculos pectoris et diaphragmatis ualeant refrenare ne aerem atraherent. Illo tempore parui autem ualde creati fuerunt isti musculi ne in interioribus epiglottim facerent angustias. Fortes autem creati sunt ut prohibere possent aeris attractionem quam diximus et fortiter comprimere epiglottim. Sic enim defectus quantitatis uirtutis magnitudine recompensant. Guttur uero in summa duo habet musculorum paria per ipsum trahunt ad inferiora et de uno quidem iam diximus quod est commune gutturi et epiglotti. Alterum autem ex torace ueniens extenditur ad os laud et postea continuat cum gutture trahendo ipsum ad inferiora. Duo autem sunt musculi qui gutturos dicuntur apud gulam positi in translatione adiuuantes. Lauda per se sola tria paria h̄ musculorum quorum unum uenit a marginibus mādibule inferioris nisi iungit mentum et p̄ recta linea cōtinuant cum osse et ipm̄ est q̄

trahit os uersus mandibulam. aliud autē ori-  
tur sub mento et de sublingua ueniens. uenit  
ad hui<sup>9</sup> ossis extremitatē superiorem et tra-  
hitur ad eandem partem cum priori. Terciu<sup>9</sup>  
oritur ex additamento que sunt apud aures  
et continuantur cum extremo linee recte que  
est super os istud. Musculi autem cōmunes  
isti et alijs in parte iam dicti sunt et in parte  
adhuc dicentur. ¶ Musculi uero linguā mo-  
uentes sunt nouem quorum duo sunt latitu-  
ipsorum nimis prolongaretur incessus. nec

horum neruorum continuitas facta est cum  
medio diafragmatis. non enim conueniens fu-  
it ut spargeretur in diafragmate secundum equali-  
tatem si cum extremitate et non cum medio con-  
iungerentur. aut si cum tota haberent circui-  
tione. hoc enim esset contrarium uie necessa-  
rie. Musculi enim nihil mouent nisi suis ex-  
tremitatibus et ideo qui illud quod ex diafrag-  
mate mouetur est id quod est circuitus. oportuit  
ergo ut in ipso finirentur nervi et non in  
ipso inciperent et quia oportuit eos uenire  
ad medium oportuit ut suspensi penderent.  
oportuit igitur ut deferrentur et panniculis p-  
pter munimentum tegerentur hi igitur de cau-  
sa fuerunt tecti panniculis cum munitione et  
fendente panniculi qui eis associatur et est ille  
qui pectus per medium partitur supra quod in-  
uixi perreperunt et quia huiusmodi membri  
operatio nobilis fuit facta. fuerunt neruis  
eius principia multa ne ne eius operatio per  
aliquod destitueretur nocumentum quod prin-  
cipio nervi posset accidere. Ista sunt igitur pa-  
ria neruorum que a colli spondilibus exori-  
untur et iste sunt diuisiones et sparsiones eo-  
rum et cause propter quas sic diriguntur. A  
spondilibus autem pectoris nervi etiam ori-  
untur. par enim unum ortur inter primam et  
secundam spondiles pectoris quod in duas di-  
uiditur partes. que autem maior est harum p-  
tium in omnibus musculis spargitur costarum  
et in musculis dorssi et quod remanent super  
primas costas extensum procedit et ab octa-  
uo neruorum colli obuiat et simul ad manum  
protenduntur donec ad adiutorium et spatula-  
lam perueniunt par uero secundum a forami-  
ne quod progreditur quod predictum sequi-  
tur foramen cuius pars adiutorij tendit sup-  
ficiem dans ei sensum et ipsius residuum cum  
alijs paribus que remanserunt aggregantur  
in spatula qui ad musculos qui super eam sunt  
positi descendunt ipsius mouentes iuncturas  
et pertingunt ad musculos dorssi qui igitur ex  
istis neruis spondilium pectoris oriuntur et  
ramis qui ad spatulam non protenduntur ad  
musculos dorssi uadunt et ad musculos qui  
sunt inter costas puras siue ueras in poste-  
rioribus pectoris positas. Qui uero ex spon-  
dilibus falsarum nascuntur costarum ad mu-  
sculos uentris. Adhuc autem cum istorum  
neruorum ramis arterie et uene quiete cur-  
runt et micham ingrediuntur per loca unde  
ipsi egrediuntur. Nervi autem rari in hoc co-  
municant quod pars eorum ad dorssi musculos

peruenit et pars ad musculos uentris et ad musculos qui sunt in dorso expansi tria aut superiora paria cum nervis miscentur qui a cerebro descendunt et nulla alia miscentur cum illis et duo paria inferiora ad partes crurium multos transmittit ramos cum quibus rami tercii parii et rami nervorum primi parii renum miscentur. sed illi duo rami non transeunt iuncturam. sed in ipsius sparguntur musculis. Alii autem eos pertranseunt incedentes ad crura. Nervorum autem pedis et crurium forma a nervis manuum separatur. in hoc quod non omnes coniunguntur et declinat submersi tenendo ad occultum. non enim est forma continuitatis adiutorij cum spatula sicut forma continuitatis coxæ cum ancha neque est eius continuitas cum origine suorum nervorum origine et illi quidem nervi ad partem cruris diversis procedunt lineis et quidam ex eis manifestantur ei quidam subiunguntur sub musculis cooperiti. et quia musculi qui a parte osse femoris aperiant vias ad utrosque pedes non habuerunt a posterioribus corporis nec ab occulto coxarum eo quod sunt ibi musculi multi et ossa et vene. factum fuit ut pars nervorum qui sunt proprii musculorum qui sunt in pedibus penetraret in viam que ad testiculos descendit donec ad musculos peruenit femoris et descendit ad musculos popliteos. Pars autem primum quod oritur ex caude osse miscetur cum nervis renum sicut diximus. Alia uero paria et impar quod ab extremo oritur in musculis sparguntur sicut ceteris et uirge et in musculo matricis et vesice est in panniculis uentris et in partibus interioribus domestici ossis femoris et in musculis qui nascuntur ab osse plij. Generaliter enim sciendum est quod triginta et unum paria nervorum a spondilibus oriuntur et unus solus nervus qui ab extremitate ossis caude exoritur quorum septem a colli spondilibus oriuntur et unum a spondili prima dorsi et ultima colli sicut diximus que sunt octo. non uero alia oriuntur a spondilibus superiorum costarum pectoris et quinque alia paria oriuntur a spondilibus inferiorum costarum. Tria uero paria nascuntur a tribus ossibus renum. et tria alia a tribus ossibus caude que simul sunt. xxxi. paria ab extremo uero puncto foramine caudæ oritur unum quod quia compar non habet impar uocatur. Septem autem paria a cerebro oriuntur que simul sunt. xxxviii. paria nervorum et unus nervus impar. Sunt igitur hominis nervi

septem cum. lxx. Utrum autem nervi isti sic exeant a cerebro quod nihil in eis operetur cor aut exeant ab ipso per cordis operationem in sequentibus nostrorum librorum de scientia animalium erit manifestum.

Capitulum viciesimum et est digressio declarans anothomiam arteriarum. etc.

Ene pulsantes arterie quasi arte vitæ aeris uocantur. eo quod pulsant in eo spiritus aeris per cordis dyascolen et siscolen. per cursus autem aduentationem cordis attractus aut etiam tentus ad materiam uocis. omnes autem iste preter unam componuntur ex duabus tunicis et in hoc differunt a uenis que sunt vitæ nutrimenti et ex tunicis duabus durior conuersa est ad interioris et mollior est exterioris. huius autem causa est quia si mollis esset interioris non posset sustinere pulsationes spiritus sed frangeretur. et tunc periret animal propter quod non grossam fecit natura tunicam interioris. ita quod pictagozas dixit sexcuplam esse tunicam arterie et ad tunicam uene. Quia autem arterie sunt vitæ spiritus et spiritus est uehiculum vitæ habent operationem et potentiam. quia in hoc salus consistit individui. ideo etiam natura cooperuit has vias duplici tunica ut firmior esset custodia. Oriuntur autem pro certo omnes arterie a corde. Cum enim sint duo cordis uentriculi dexter et sinister. Dexter est uersus epar conuersus et occupatur in attractu nutrimenti et exercicio quod exigitur ad aliud precipue secundum apulem. et omnes paralyticos antiquos qui dicunt quod ad illud nutrimentum eleuatur et ibi accipit usitatoriam et formam ueram que sicut sit nutrimentum mouetur ad corporis membra sicut ex uniuersali generatore forme nutrimenti nervorum. Adhuc igitur uenter cordis arterie generari non poterunt sed a sinistra. A sinistro igitur uentriculo due oriuntur arterie. quarum una ad pulmonem uadit et in ipso in multa diuiditur propterea ut aer per eam a pulmone ad cor attrahatur et viceuersa sanguis a corde ueniens qui subtilis est et spiritus plenus nutriat pulmonem. decurrit enim sanguis aliquis in arterijs. sed plus spiritus est in eis quam sanguis. et sanguis qui decurrit in eis est subtilis et tenuis. omnis enim nutrimenti pulmonis transitus primus est ad cor et a corde uadit ad pulmonem. Uene autem

huiusmodi siue arterie origo est a cordis parte subtiliori in loco in quo uene penetrant ad ipsum et hoc in hec ab omnibus alijs diuersificatur. Quia unam habet tunicam simplicem et ideo ab antiquis uocata est arteria uenalis. quia sicut uena sanguinis unam solum habet tunicam. Causa autem quare ex una sola facta est tunica est. ut sit mollior et leuor ad dilatationem et constrictionem magis obediens ut melius et facilius resudet ex ipsa ad pulmonem dirigitur ex sanguine subtili uaporofo qui magis conueniens substantie pulmonis nutriendum propter complementum enim digestionis que facta est in corde in sanguine illo propinquus et subtilis facilius est substantie pulmonis nec est ei necessaria alia digestio magna sicut alia digestionem indiget sanguis qui decurrat in alia uena que uocatur uena uentrem habens quam consequenter nominabimus maxime aut quod propter hoc quod pulmonis locus est iuxta cor et uadit ad ipsum uirtus cordis calida facile digerens. Adhuc autem quia membrum in quo pulsatur hec arteria est rare substantie et non est timor quod duricies arterie noceat cum pulsatur in raro et ideo etiam non tanta grossicies fuit necessaria in hac arteria quanta alia indiguerunt que membris duris sunt uicine. uena autem arterialis licet pulsioni sit uicina. non tamen uicinatur ei nisi extremum eius ex parte dorsi et hec arteria uenalis in antecedente pulmonis spargitur et in ipso submergitur in partes et ramos diuisa. Si autem consideramus ea que conueniunt huic arterie inuenimus quod leuitas et tenuitas ei magis est necessaria quam spissitudo et firmitas propter dilatationem facilem et constrictionem et resudationem sicut ante diximus. Alia autem est que est maior quam aperiens. et multi alij uocant orbem oritur a spissiori cordis parte et statim ut a corda oritur duos ramos ex se emittit ex quibus maior in circuitu cordis reuoluitur et in suis conuertitur partibus et minor etiam ad situm cordis reuoluit dextrum et spargitur in uentriculo dextro. quod autem remanet post hos duos ramos cum separatur in duas diuiditur partes. quarum una pars est apta ad descendendum. altera autem minor apta ad descendendum. Illa autem que descendit facta est minor in quantitate ideo quod tendit ad membra que numero sunt plura et hinc quantitates maiora. et hec sunt illa membra que sub corde sunt posita. Sub hoc autem orbem essentia tres duri consistunt panniculi

ab interioribus ad exteriora compositi. Si enim unus uel duo fuissent non perficerent utilitatem que intenditur in eis neque perficerent magnificando debitam quantitatem ipsius et fieret propter ipsos motus difficiles. Si autem essent quatuor tunc oporteret eos fieri nimis paruos ita quod iterum non essent utiles. Adhuc autem si essent multum magnae quantitatis coangustarent uitam et destrueretur arterie utilitas. uenalis autem arteria de qua prius diximus duos habet panniculos respicientes ad interiora. duo enim illi sufficientiunt. quia non habent necessitates illam quam habet ista. Sed ad subtiliandum habet necessitatem maiorem quam habet ista. Aliter enim non posset expellere uaporem fumosum nisi esset subtilis sicut in antehabitis est determinatum. Orbem autem pars illa que ascendit in duas diuiditur partes quarum una maior ad partem uadit sinistram ascelle deinde transuerfatur ad dextram donec peruenit ad carnem laxam que est in parte illa que dicitur moro similis in precordijs existens et in tres diuiditur partes quarum due sunt ille que subethymie uocantur siue subethemij in collo a dextra et sinistra penetrant cum duabus partibus profundis uenarum et in diuisione cum eis associantur sicut patebit posterius. Pars autem tertia in thorace spargitur et in costis primis et in sex spondilibus colli et in partibus furcule usquequo prouenit ad caput spatule. postea exinde uenit in adiutorij musculos occultos ut dicit rati. et ad manifestos sociata cum uena ascelle ita quod spargitur in eis semper manens occulta donec peruenit ad cubitum. In multis enim corporibus in cubito pulsans inuenitur. in cubito autem diuiditur in duos ramos et postea spargit se in multa in musculis brachij. que tamen omnia iterato colliguntur in duos ramos. quorum maior uadit ad interiora brachij iuxta harundinem superiorem brachij et dirigitur ad rascetam et manus et ista est que medici tangunt. Minor autem uadit in eiusdem harundinis exteriori parte brachij ad rascete exteriorem et manus et ideo est quod pulsus aliquando inuenitur in interioribus brachij. Aliquando autem in exterioribus. pars autem minor ex partibus orbem ascendens etiam ad partem ascelle uadit et diuiditur sicut diuisa est pars tertia maioris partis. utraque autem duarum arteriarum que ab Aucenna a radice subethemij uocantur cum ad collum perueniunt in duas partes diuiduntur parte

videlicet anteriorem et partem posteriorem.   
 Alterius autem pars anterior in duas diuiditur partes. partem videlicet occultam que ad linguam tendit et ad musculos occultos mandibule inferioris et in partem diuiditur manifestam que ascendit ad id quod est coras duabus auribus ad musculos temporum in quibus manifestus est pulsus et pertransit eos relinquens tamen in eis multos ramos quorum vnus manifeste pulsat in nasum iuxta angulum oculi pertransiens. Aut tendit ad capitis cacumen et ibi obuiant sibi inuicem dextre sue extremitates sinistre. et pars posterior illorum que sic ascendit in duas partes diuiditur quarum minor quidem ad posteriora leuatur et spargitur in musculis qui capitis tenent iuncturam. et ex illa etiam parte exit illud quod ad basim postremi cerebri tendit in foramine egrediens magnum quod est in sutura que laude est similis. Maior autem pars superiora petentis subethemij in foramine petrosi ossis ad rethe cerebri ingreditur ita qd ut dicit vangi. rete ex eo textit ex venis multis et tunicis super tunicas postmodum rugarum plicatur. ita qd nullo modo vna sola ex eis apprehendi possit nisi cum alia continua sicut sit cum ea ligata sicut rete et spargitur ad anteriora et posteriora et ad dextram et ad sinistram. et sic vadit comprehendendo totum rethe. tandem autem congregatur ex ea par vnum duorum ramorum sicut ante fuit et formatur ei panniculus et intrat cerebrum et spargitur in ipso. in panniculo subtili postea interius in cerebro interius in ventriculis suis et in pelle ventriculorum suorum et ramorum orificia sibi obuiant eorum videlicet que ibi ascenderunt sicut etiam ibidem sibi obuiant orificia ramorum non pulsantium uenarum que illuc descendunt. Lausa autem quare non pulsantium orificia sunt descendencia et orificia pulsantium sunt ascendencia. quia non pulsantia sunt rigantia et fundentia sanguinem et ideo utilius fuit ut capita essent inclinata deorsum. Alia autem que sunt pulsantium orificia dant spiritus quorum naturalis motus est ad superius et ideo noceret si capita orificiorum essent deorsum conuersa. quia tunc multum effunderent qui subtilis est et spiritum associatus et spiritus in motu suo haberet difficultatem. eo qd ipse facilius mouetur ad superius et ideo quia facile ascendit. Sufficit hoc qd per se de spiritu ad cerebrum vadit et calcificat ipsum sub cerebro autem non est expansum rete nisi ut

sanguis qui est materia incedat per ipsum redeundo et similiter spiritus qui sanguine est in ea et sic complexionem cerebri per digestionem similis fiat et tunc deinde secundum ordinem ad cerebrum vadat. Rete autem de quo diximus inter os et panniculum durum cerebri est positum. Ea autem pars orthij que est descendens primū descendit secundum rectitudinem. donec ueniat ad quintam spondilem. illi enim innititur. quia situs illius cordis est oppositus et pulmo est ei sicut sustentamentum quodam fulciens partem illam ut faciat separationem inter ipsum pulmonem et ossa dorsi.   
 Vtery autem quando peruenit ad locum predictum declinat ab eo ad dexteram et non transit secundum rectitudinem. deinde incedit cum panniculis appensa pars illa cum diaphragma puenit ne faciat sibi coangustationem. hec enim descendens arteria cum ad spondilem quintam peruenit ad inferiora trahitur extendendo se supra dorsum donec peruenit ad os xliij et cum in pectoris est rectitudine et transiens inde dimittit sibi ramum subtilem et paruū et dispargitur in receptaculo pulmonis quod est in pectore et perueniunt extrema ipsius ad cannam pulmonis et non cessat a ramificatione. sed dimittit in omnibus spondilibus per quas vadit ramus qui inter costam et mēcham incedit. Cum autem pertransiit pectus diuiduntur ex ea due arterie. que ad diaphragma perueniunt et in ipso sparguntur a dextris et a sinistris et postea emittit a se arterias cum rami in stomacho et epate et splene sparguntur et ipsius rami ab epate egrediuntur. et ad uescicam vadunt et post hanc oritur ab eo arteria que vadit ad cannales que sunt in circuitu colon et intestinum orbium. post hanc autem tres ab ea rami separantur. quorum minor in sinistro est proprius et in ipsius spargitur fascillis et in corporibus que ipsum circundant et dat eis uitam. Alij autem duo ad duos vadunt renes ita ut cum eis remittat. trahere possit sanguis aquositatem. eo qd renes multotiens a stomacho et intestinis trahunt non purum sanguinem post hoc autem ab eis due separantur arterie que vadunt ad testiculos. sed ille qui vadit ad testiculum sinistrum semper associantur eisdem. portio autem que peruenit ad renes sinistrum est illud quod tunc peruenit ad testiculum sinistrum. et non aliud est quod perueniat ad ipsum nisi quod porzigitur ex rene sinistro. Origo autem eius que ad dextrum peruenit testiculum semper ex maiori est arteria et raro contingit ut

cum aliqua eius portionis que ad renem p-  
uenit partem. associetur postea ab hac maio-  
ri arteria due separantur arterie que spargun-  
tur in vjs illarum uenarum que sunt in cir-  
cuitu intestini recti et rami quidam qui in mi-  
cha sparguntur et diuiduntur ab eadem et illi  
qui in foramina spondilium egrediuntur et  
illi qui ad duo uadunt ylia et illi similiter q̄  
ad testiculos uadunt preter superius induc-  
tas. Ex istius autem summa collecta par pari-  
um egreditur q̄d in mulieribus uadit ad pul-  
sam excepto illo quod infra determinabimus  
Illud. n. est in uiris et mulieribus et miscet  
cum eis uene non pulsatiles. postea autem h̄  
maior arteria cum ad finem peruenit spondi-  
lium diuidit cum uena non pulsatili que sibi  
associatur in duas partes sc̄dm figuram lau-  
de lfe grece hoc modo. . et vna pars illaz  
dexteratur et altera sinistra. quazum utraqz  
uehitur ab osse ylij pertingens ad coxas. ubi  
qz tamen anteqz ad coxas perueniat utraqz  
earum ramum dimittit qui ad uesicam tendit  
et ad suram et sibi apud suram obuiat in loco  
pectinis et hoc manifeste apparet et ideo duz  
natis embryonibus quando p̄ abozsum eiciū-  
tur sed in completis eorum extrema iam ex-  
siccata sunt et remanserunt radices earum . et  
ab ipsis quibz diuidunt rami qui in muscul  
sparguntur qui sunt sup os olj positi. Adh̄  
autem illud quod ex eis ad uesicam peruenit  
diuidit in ea et extrema et illius pertingūt ad  
uirgam et residuum ipsius in mulieribus ua-  
dit ad uulua et est par paruulū. due uero que  
sunt ex costis ad pedes descendentes in duos  
diuiduntur ramos magnos siluestre. . s. et do-  
mesticum et siluestre etiam equaliter declinat  
ad domesticum et dimittit ramos in musculis  
qui ibi sunt positi postea declinat et descendit  
ex eis ad interiora ramus magnus inter pol-  
licem et indicem et q̄d remanet occultatur. et  
ille plurimis partibus pedis tense sub ramis  
uenarum non pulsantium de quibus in sequē-  
tibus tractabimus. quoz tamen earum non  
associantur uenis non pulsantibus sicut due  
que ab epate ad suram in corporibus nō cō-  
plete natorū uident pertingere et ramus pul-  
satilis ille qui non est pulsatili similis et pul-  
satilis illa que ad quintam pertingūt spondilē  
et ascendens ad suzculam et illa que declinat  
ad ascellam et due subethimū quando spargū-  
tur et in secundina et illa que uenit ad dyafrag-  
ma et similiter illa que ad epar cum suis ra-  
mis penetrat et illa que ad stomachū et epar  
et splenem et intestina pertingūt et ille que ad

mirach uentris descendunt et ille que solum  
modo in osse ylij. Cum autē arteria uene nō  
pulsatili sociatur equitat arteria supra dor-  
sum uene non pulsatilis congruit. n. ut igno-  
bilis deferat membrum nobilius. In mem-  
bris autem manifestis arteria sub uena sub-  
mergitur ideo ut sit magis cooperta et sic nō  
pulsatilis clipesus pulsatili. Arterie. n. non as-  
sociantur uenis nisi propter duo. vna est ut  
uene ligent panniculo illis qui arterias coo-  
periunt et quiescant. uene in uillis membroy  
inter que uadunt. alia autem ab utraqz alterā  
inibat et ferat ei auxilium de hoc q̄d potest.  
Nec igitur sunt que de arterijs in cōmuni et  
speciali dicere uoluimus.

Capitulum. xxi. et est digressio decla-  
rans anothomiam uenarum.

Scimus igit nunc anothomiam uena-  
rum non pulsantium. sed q̄d ab epate  
deriuant non curantes utrum a corde sit pri-  
mum principium eorum aut ab epate. de hoc  
enim in posterioribus libris huius scientie dis-  
cernimus. uene. n. sunt vie sanguinis in om-  
nibus sanguinem habentibus et hec est uilitas  
uenarum in omnibus hjs que uene habent.  
due autem uene sunt que in primis ab epate  
egrediuntur. vna quidem orit a parte p̄caua  
epatis que uocat porta et huius utilitas est q̄  
trahit nutrimentum in epar. Secunda autem  
oritur superius in parte connexa que chilis  
uena uocat et huius utilitas est ab epate in  
membra nutrimentum deriuari et hoc consue-  
uit uocari ab auctoribus uena uentrem h̄ns  
¶ Incipiamus igit ab anothomia illius que  
porta uocat. dico igit q̄ porte ille finis que  
in epate submergit uentriculis prima diuisio  
ne in. v. diuidit partes ex quibus vna uena  
ad fel tendit. Isti aut rami sunt sicut arboris  
radices que uadunt ad funduz ex qua sugūt  
extremitates aut que concauū epatis insequi-  
tur statim cum epate egredit in. viii. diuidit  
partes quazum due sunt parue sex sunt maio-  
res. vna uero ex duabus minoribus euz pte  
intestini continuat q̄ duodenū uocat et nu-  
trimentū trahit ab eo ad epar. Aliq̄n tñ etiaz  
rami dorsi prius sunt ab eadem uena in par-  
te quadam siue corpore q̄ est thazas uoca-  
tum. Pars autem secunda diuidit se ad infe-  
riora stomachi apud portanarium quod in  
ferius est os stomachi ideo ut ab ipso loco  
nutrimentum trahit ad epar. vna autem ē sex  
minoribus tendit ad latam partem stomachi



et nutrit ipsius superficiem manifestas ex san-  
 guine derivato ab epate occultum aut stoma-  
 chi tagit primum nutrimentum quod est in ip-  
 so et ex eo per tactum nutritur sicut nutriun-  
 tur radices plantarum in terra. pars autem  
 secunda peruenit ad partem splenis et nutrit sple-  
 nem a qua in antea ad splenem nutriendum  
 pueniat separantur rami qui corpus quod en-  
 charas uocat ex clariori eius parte que ad  
 splenem ptingit nutriunt et deinde spuenit ad  
 splenem et ex ipsa diuisus continuat sibi ramus  
 magnus qui in latus exterius stomachi statim  
 ad nutriendum diuidit. Cum autem ex ipsa  
 penetret uenit ad splenis medium ascendit ex  
 ea pars alia. Et adhuc pars tertia que egredi-  
 tur ex illa autem parte que ascendit quod ramus  
 spargit in medietatem stomachi superiorem ad  
 nutriendum ipsam et altera pars sicut in splenem  
 ad ipsum nutriendum. Altera autem pars egredi-  
 tur usque ad stomachi gibbositatem siue conexi-  
 tatem que in duas diuidit partes. quarum una  
 in manifesto sinistre partis stomachi spargit  
 Altera autem ad os stomachi submergit ut  
 piciat ibi humorem ponticum et acetosum co-  
 lore nigre per quam stomacho excitatur appe-  
 titus. hanc autem cum superfluitate stomachi egre-  
 ditur. quia non ponit ibi nisi ut os stomachi tui-  
 let tuiillatione desiderium famis excitante et hanc  
 est quam ante nominauimus. Pars autem que  
 descendit etiam in duas diuidit partes et ra-  
 mi unus earum diuidunt in inferiori medie-  
 tate splenis ad nutriendum ipsam. altera autem ad  
 zeticulum epatis uadit. et in ipso spargit ad  
 ipsum nutriendum. Pars autem tertia ex sex pri-  
 mis ad latus uadit sinistrum et in omnibus ca-  
 nalibus uenarum que consistunt in circuitu  
 recti intestini spargit ad sugendum illud quod  
 ex reliquis nutrimenti est in stercore. Pars  
 autem quarta ex sex primis ad modum capillo-  
 rum sepatur ex quarum numero sunt qui in  
 manifesto spargit dextre partis conexitatem  
 stomachi que est opposita pars ei qui in sini-  
 strum ad eum a splene uenit. Adhuc autem ex eis-  
 dem sunt ille uenule que uadunt a dextra reti-  
 culi parte et ibi spargunt que est opposita par-  
 ti que ad ipsum ex parte sinistra uenit ex ra-  
 mis uene spleneticæ. quinti autem rami ex sex pri-  
 mis spargunt in canalibus qui sunt  
 in circuitu intestini colon dicti ut sumant ex  
 eo nutrimentum. Sexta autem uena est simi-  
 lis istis. Sed ipsius plurimum in circuitu spargi-  
 tur et quod remanet spargitur in circuitu tuni-  
 carum minutarum et cum monoculo continuat  
 et trahit ab eo nutrimentum. Omnes autem

hec nutrimentum a stomacho et intestinis tra-  
 hentes uocantur uene micheriace. Ea autem  
 uena que uentrem habens uocat primo qui-  
 dem radicem hanc in ipsa substantia epatis et in  
 superficie eius connexa spargit in multas par-  
 tes capillares ut per eas trahat nutrimentum ab  
 ipsa que porta uocat. partes. n. uentrem hanc  
 a gibbo epatis ad ipsius uentrem concauum  
 sunt uenientes et rami partim sunt uenientes  
 a concauitate epatis ad eius uenientes uen-  
 trem et postea eius stipes eleuatur apud epa-  
 tis conexitatem et in duas diuiditur partes  
 unam uidelicet ascendentem alteram descendē-  
 tem. sed ascendens ex ea penetrat dyaphragma  
 et duas in dyaphragmate dimittit. uenas que in  
 ipso sparguntur et dant ei nutrimentum. de-  
 inde capule sine uentriculo cordis componi-  
 tur cui multos transmittit ramos qui ad mo-  
 dum capillorum diuidunt et eam nutriunt et  
 postea in duas diuiditur partes quarum una  
 que est magna peruenit ad cor et in ipsam pe-  
 netrat apud dextram eius aurem et hec quod  
 uena maior est inter omnes uenas cordis et  
 non est hec uena a his uenis cordis maior nisi  
 si propterea quod alie uene sunt arterie ad aere  
 atrahendum et hoc est ad nutrimentum. nu-  
 trimentum enim aere grossius est et ideo oportet  
 ut uia per quam penetrat esse amplior.  
 et uas in quo stat esse maius et huic quidem  
 cum cor ingreditur tres creantur panniculi  
 quorum diuisiones sunt ab exterioribus ad  
 interiora propterea ut cor trahat et cum tra-  
 hitur ab eis nutrimentum et postea non re-  
 uertatur cum dilatabit et hanc quidem panni-  
 culi omnibus panniculis alijs sunt duriores  
 hec autem uena in opposito cordis existens  
 apud suam extensionem tres emittit uenas.  
 quarum una ab ea ad pulmonem uadit apud  
 arteriarum originem nascens iuxta sinistra et  
 in uentriculo dextro ad pulmonem reflectit et  
 ipsa quod iam creata fuit duas sicut arteria  
 hanc tunicas et ideo eam arterialem uenam uo-  
 cant auctores. hoc autem ideo est ne sit subti-  
 lior sanguis qui ab eo resudat sicut congruit  
 in pulmonis substantie quod parum est ex quo san-  
 guis hanc a corde exiit et non existit in eo talis  
 digestio qualis est digestio eius que ad arte-  
 riam effundit uenalem. Adhuc autem ideo est hoc  
 ut in eo sanguis multum dirigat. Secunda uero  
 ex his tribus partibus in circuitu cordis re-  
 uoluit et postea in interioribus ipsius egre-  
 ditur ad ipsum nutriendum et hoc contingit cum  
 fere iam uenit submersa in aure dextra cordis  
 ingrediens in ipsum. Pars autem tertia in

hominibus ad partem declinat sinistram. de  
inde uadit ad quintam spondiliū et in ea sul-  
citur et in octo costis inferioribus spargitur  
cū in hīs que cōiungunt eis musculis et alijs  
corporibus. Ex ea uero que ex uentrem hū-  
te post tres dictas penetrat ptes. spargunt p-  
tes capillares postq̄ pertransit ptem cordis  
ascendendo in supremo panniculi pectus per  
mediū diuidentis et in supremo capsule et ī  
carne laxa que mery uocat et postea apud sur-  
cule p̄p̄nquitatem duo ab ea sepant rami q̄  
ambo ad partem furculi incedunt transuersi  
et quantum plus uadunt eo plus ab inuicem  
elongant et fit uterq̄ istorum ramorum di-  
uisus in duos ramos in utroq̄ latere et des-  
cendentes super extremū toracis a dextra et  
a sinistra donec ad epiglōtīm perueniūt et in  
suis itineribus ramos dimittunt qui in mus-  
culis spargunt qui sunt inter cordas quorū  
officia uenarū obuiant sp̄sarum uenarū ī eis  
et qd̄ ex eis colligit egredit inde ad musculū  
pectoris extrinsecus cū ad epiglōtale os hec  
collectio puenit. egredit ex eis collectio exte-  
rius ad musculos circulos spatulam mo-  
uentes et spargit in eis. Alia aut̄ collectio sub  
musculis rectis descendit ex qua in eis spar-  
gantur rami. quorum extremitates cū parti-  
bus ascendētibz continuāt uene que diuisa  
eis in loco illo obuiant sicut colligi pōt ex se-  
quentibus. Secundi aut̄ uniuscuiusq̄ istorū  
par̄ uidelicet unum duoz̄ impariū singulari-  
um quandoq̄ dimittit ramos quoz̄ unus in  
pectore spargitur et quatuor superiores nu-  
trit costas et alter ramus nutrit spatularū lo-  
cum. et tercius ramus tendit ad musculos sub  
mersos in collo et nutrit illos. et quartus ra-  
mus penetrat in foramina sex spondiliū su-  
perioz̄ que sunt in collo et deinde transit ad  
caput et quintus ramus qui omnibus p̄dictis  
maior est ad ascellam in utroq̄ latere uadit et  
ille ulterius in quatuor diuidit ramos. quo-  
rum primus in musculis qui sunt sup̄ toracē  
spargit qui sunt de numero eorum qui spatu-  
le iuncturam mouent et secundus spargitur ī  
carne laxa et in panniculis qui sunt in ascella  
et tercius uenit ad supremum pectoris interi-  
us ad myrach. quartus autez̄ omnibus alijs  
maior est et ulterius in tres diuidit partes.  
una quaruz̄ spargit in musculo qui est in cō-  
cauitate spatule et secunda pars in musculo  
magis qui est in ascella. et tercius est maior  
ipsis omnibus sup̄ adiutorium tendens ad  
manum per cubitū et h̄ est que uena ascellata  
illud autez̄ qd̄ ex primis remanet ramis quo-

rum unum ex imparibus in multos fuerat  
ramos diuisum ad ptem colli ascendit et anq̄  
multum ascendat in duas diuidit partes. una  
quid̄ est uena manifesta et altera uena occul-  
ta. una aut̄ manifesta illico enī a furcula as-  
cendit in duas diuiditur partes quarum una  
statim ut sepatur ad anteriora tendit et ad la-  
tus et altera uadit primo ad interiora et des-  
cendit et postea ascendit et reuoluit supra fur-  
culam deinde eleuat et facta manifesta ascen-  
dit super collum donec ad primā partem per-  
uenit et miscetur cū ea et fit ex eis uena mani-  
festa que est uisa. r̄eruntamē anteq̄ ctm̄ ea  
miscet̄ separant̄ ab ipsa due partes quarum  
una tendit ad latitudinē deinde ambe sibi ob-  
uiant ambe furcule colli in loco p̄fundo et  
secunda manifesta in collo trasuersat et duo  
eius imparia uero postea sibi obuiat. ex istis  
aut̄ duobus imparibus ramis separant̄ mul-  
ti rami qui dicunt araneales uene eo qd̄ selui  
nisi subiacent. ex summa aut̄ ramorū istius se-  
cundi paris collecte tres uene iam separte fue-  
runt sensu percepte quantitatē notabilē h̄ntes  
omnes enim alię non p̄cipiuntur per sensum  
una quidem harum trium super spatulaz̄ ex-  
tenditur et uocatur spatularis ex qua est illa  
que cephalita nominat̄ et due uadunt ad duo  
ipsius uene spatularis latera ipsum usq̄ ad  
caput spatule simul cōmunicantes. quarum  
una ibidem torqueur ut serpens et spargitur  
ibidem. sed secunda pertransit eam usq̄ ad ca-  
put adiutorij et ibidem spargitur. spatularis  
uero ambas has pertransit usq̄ ad ultimum  
quod est in manu. uena aut̄ manifesta quam  
guidec manifesta. dicit̄ aut̄ auī. que est postq̄  
duo eius imparia cōmiscetur in duas diui-  
ditur partes quaruz̄ una occultatur quā gui-  
dec occultam dicit̄ ex qua sepazantur rami p̄-  
ui qui in superiori mandibula sparguntur. et  
alijs rami ueniunt ex ea que sunt multo maio-  
res istis sparguntur in mandibula inferiori  
partes autem duorum ramorū quatuor sp-  
gantur in circuitu lingue et in manifesto mu-  
sculorū qui sunt ibi positi et pars altera ma-  
nifestatur et in locis capitis et auris spargit̄  
uena autem submersa cōmunicatur mery et  
ascendit cum eo directe et in suo itinere dimit-  
tit ramos qui cum ramis miscetur que a ue-  
na manifesta ueniunt et omnes illi in mery.  
et in epigloto et in partibus musculorum p̄-  
fundorum spargunt̄ et penetrant ad extremū  
eius usq̄ ad finem laude capitis et exterius  
spargunt̄ illi rami qui spargunt̄ in membris  
qui sunt inter spondilem primaz̄ colli et h̄am

et vnde vadit uena capillaris ad iuncturam que est inter caput et collum separantur rami qui ad panniculam ueniunt ad loca in quo si bi obuiant emygranea et submergunt ibidem in craneo. Id autem quod post bazum uenarum submerisionem remanet ad crancu uentrem in terius pertingit in sine suture lade et ibi spargitur ramus in duobus cerebri panniculis ad nutriendum eas et ad ligandum panniculum duru cum eo et quod circa ipsum est et supra ipsum et postea egreditur ad exteriora et nutrit panniculum qui cooperit crancu deinde a panniculo descendit ad cerebrum subtile et in ipso dispergitur sicut arterie disparguntur quas omnes stringit panniculi grossi replicatio et eas defert ad locum amplum qui platea uocat in quem sanguis diffunditur et congregatur deinde separatur ab ea inter duas replicationes et uocatur tortular. istis. n. ramis cum uentriculo medio propinqui sunt necessarie est ut ingrossescant et magne fiat et sugant ex torculari et ex suis uis que ab eo separatur deinde a uentriculo medio ad duos anteriores uentriculos tendunt et obuiant arterijs ad locum illum ascendentibus et textur ex eis panniculis qui uocatur sedinum.

¶ Adhuc etiam modo dicemus de uenis manuum. primum autem quod ex spatulari diuiditur uena que cephalita uocat in rectitudine ad uentrem ueniens in cute et in manifestas musculorum partes spargit et postea iuxta cubiti iuncturam in tres diuidit partes. quarum una que uocatur funis brachij sup manifestum superioris focilli extendit deinde ad siluestre inclinans ad focilli inferioris curuitatem et contra ram declinans et spargit in eo quod in inferioribus siluestribus est partibus rascete. Secunda autem ad cubiti flexum et in manifesto focilli ramo ascellaris uene commiscet et sic ex eis uena nigra que est matris uiva que purpurata dicitur azacy uocatur. Tercia autem submergitur et in profundo etiam cum ramo ascellaris commiscetur ex ascellari uero in primis cum ex ascellis oritur procedunt rami qui in adiutorium submergunt et in musculis qui sunt ibi spargunt et ibi finiuntur excepto uno solo ramo qui uenit ad asseyd et quando ascellaris ad cubiti peruenit flexum in duas quarum una submergitur et ramo cephalite continuatur illi cum quo parump incedit et separatur ab eo et declinat una eorum ad domesticum donec peruenit ad auricularem et annularem et mediu digiti medij et h salua cella arabice uocatur et altera pars diuiditur et eleuatur

in partibus manus extrinsecis os tangentibus. Secunda autem pars ascellaris aput asseyd in quatuor diuidit ramos quorum unum in inferioribus asseyd diuiditur et ad rascetam tendit. Et secundus diuiditur super istius primi diuisionis et similiter illi. Tercius autem similiter diuidit in medio asseyd. Quartus uero est maior eorum et ipse est ille qui manifestatur et eleuatur a quo procedit ramus qui ad unum cephalite procedit ramum et fit ex eis uena magna cuius residuum est que uocatur basilica que etiam occultatur et submergitur secunda vice. Uena autem magna a domestico incipit et eleuatur supra superioribus focille. deinde ad siluestre peruenit et in duas diuiditur partes ad laud grece littere similitudine quarum superior ad extremum tendit focilli superioris et ueniens ad rascetam spargitur in dorso pollicis et in paribus que sunt inter pollicem et indicem et in indice pars eius inferior uadit ad extremum focilli inferioris ibi et in tres diuiditur partes quarum una ad locum tendit que est inter medium et indicem et continuatur ramo illi qui peruenit ad indicem a superiori parte et fit ex eis uena una. Pars autem secunda que uocatur stilen a quibusdam procedit et inter medium et annularem diuiditur et protendit. tercius autem ad annularem et minimum et isti postea iungunt et in digitis disperguntur. Hijs autem habitis uene uentrem habentis ascendentibus que omnes diuidunt a parte eius minore restat dicere de maiori eius parte descendente. Primum igitur quod diuiditur a parte descendente ipsius statim cum ab epate oritur antequam dorso appodictur est uene quod capillares que uadunt ad fascias dexte renis et spergunt in eis et in eo quod est contra eos de corporibus ad nutriendum ea. postea procedunt ab eadem magne uene que emulgentes uocantur. que ad renes uadunt et ad sanguinis aquositate colandam. Ren. n. non trahit nisi suum nutrimentum quod est sanguinis aquositas. A sinistro autem emulgentium due procedunt uene que ad sinistros musculorum et uenarum seminarum testiculos uadunt. Eundem modum qui dictus est de arterijs. non enim animali se habet quo ad hoc in arterijs illis et uenis istis. post h autem diuiduntur due uene que ad duos protendunt testiculos et illa quibus que ad sinistram tendit a sinistra harum duarum accipit ramum et fortasse in aliquibus hominibus tota eius origo erit ab ea. Illa uero que ad dextram tendit raro

accipit aliquid a dextra emulgentium quimo non immiscetur ei neque alteratur in aliquo a seipsa. sed a rene peruenit ad testiculos et tendit in foramen in quo sperma dirigitur et albificatur cum prius esset rubeum propter multitudinem circuitus uenarum suarum et reuolutionum suarum et quod ab eis etiam prouenit a corde et huiusmodi quidem uene plurimum in uirga et collo matricis finitur sicut et in capitulo de arterijs determinatum est postquam uero due emulgentes et earum rami nascuntur uentrem habens euicino super dorsum appodiat et incipit ascendere aqua coram qualibet spondili separatur unus ramus et in eas ingreditur et spargitur in musculis qui coxam eis positi sunt separantur etiam uene que ad duo tendunt ylia. et uadunt ad musculos uentris et postea uene que per foramina spondilium ingrediuntur ad micheam que uena cum ad extremum peruenit spondilium in duas diuiditur partes quarum una ad dextram et altera tendit ad sinistram et altera uadit ad unam coxam et reliqua ad aliam. Ab utraque tamen ipsarum antequam ad coxam perueniant decem separantur tunice quarum una ad duos tendit renes. Secunde uero tunice partes subtiles sunt et capillares et tendunt ad inferiores partes syphac. Tercia autem spargitur in musculis qui sunt super os coxe. Quarta autem spargitur in musculis ani. Quinta uero uadit ad collum matricum mulierum et in ipso spargitur et in eo quod continuatur eidem tendit etiam ad uesicam sed cum illa que ad uesicam tendit in duas diuiditur partes. quarum una in uesica spargitur et altera tendit ad collum ipsius et huiusmodi quidem pars in uiris est ualde magna propter uirgam. sed in mulieribus est parua. Sexta uero ad musculos super os femoris positos uadit. Septima tendit ad musculos qui in rectitudine istorum sunt positi supra uentrem. et hec sunt quedam uene cum extremitatibus illarum uenarum continuatur quas per petrus diximus ad myrach uentris descendere et ex earum quidem earum egrediuntur in mulieribus uene que ad matricem tendunt diuiduntur uene que ad mamillas ascendunt per quas mamille matrici associantur. Octaua uero uadit ad os testiculorum uirorum et ad matricem seminarum que sunt receptacula uirorum et seminarum uocata. Nona autem peruenit ad musculos partis que in coxa est occulta et spargitur in eis. Decima uero a parte emulgentis manifesta ad duo ten-

dit ylia. cum continuantur cum extremitatibus uenarum descendunt et precipue eis que a parte mamillarum descendunt et sit ex eis pars magna que uadit ad narium musculos quidem autem ex istis remanet ad coxas tendit ad quem etiam locum perueniunt ramus quorum unus in musculis diuiditur qui sunt super antecedentem coxe partem et alius in musculis eius qui est in coxa inferius et in ipso domestico in profundo et alij etiam multi rami in coxe profundo sparguntur. Quod autem post hoc totum remanet postquam iuncturam pollicis parum cooperit in tres diuiditur partes quare siluestris super cannam extenditur siue harundinem minorem usque ad calcanei iuncturam que scbiratica arabice uocatur et ipsarum media flexione popliteis extenditur descendens et in lateribus occulti cruris facit descendere ramos et in duas diuiditur partes quarum una occultatur in eo quod est in anteriori parte cruris. Alter autem uadit inter duas harundines extensa ad anteriora pedis et commiscetur ramo siluestris quem prius nominauimus. tertia uero que est domestica ad locum cruicis uenosum declinat et extenditur ad calcaneum et ad extremitatem connexam maioris harundinis et descendit ad pedis domesticum et in ipsa est que saphena uocatur. Iste autem tres sunt quatuor quarum due siluestres ad pedem ueniunt a parte harundinis minoris et duarum domesticarum una supra pedem incedit et in supremo ea ex parte minimi spargitur digiti. Secundo uero est illa que est domestica ramo siluestris uene miscetur quam supra nominauimus. et spargitur ambo rami isti in partibus inferioribus.

**Capitulum. xxii. de compositione et physonomia coli ex canna et mery.**

Omibus hijs que dicta sunt expeditis reuertamur super singula membra hominis et animalium sequentes opinionem apul. qui princeps est parvapateticorum. Dicemus igitur quod membrum quod interioret inter faciem et clibanum petoris et quod sequitur linguam esse collum decus spondilibus et neruis et uenis et arterijs iam dictum est. Sed quod restat dicendum hoc est quod in collo sunt duo canales quorum unus est in anteriori collo et illa uocatur canna uocis

et aliud est posterius in collo versus spondi-  
 les dorsi et ille uocat arabice mery. grece au-  
 tem yfophagus et latine os stomachi. Crea-  
 tus autem canalis qui est in anteriori parte  
 colli et gutturis est ex cartillaginibus circula-  
 ribus ita q̄ figura sua et compositio est ac si  
 circulus cartillaginis positus sit super cir-  
 culum. et isti circuli inferius sunt rotundi et  
 superius uersus mery aut siue yfophagum  
 non sunt complete circulationis. sed sunt por-  
 tiones maiores semicirculares mery in arti-  
 tudine gutturis ne sua duricia angustent yfo-  
 phagum. et impediunt transglutitionem cibi si-  
 ne quo non est salus animali alicui. Ista au-  
 tem canna uocis annulos suos conuictos  
 habet per panniculum durum interius ad sic-  
 citatem declinantem ne impediatur aliqua ipsi-  
 us contractio et extensio que exigantur ad ae-  
 ris attractionem et emissionem et uersus pul-  
 monem recuperat sub gula rotunditatem cir-  
 culorum. quia figura rotunda minus tangi-  
 tur nocentis. ex cartillagine autem fit ne sit  
 nimis acuta uox si ex osse esset aut nimis he-  
 bes si esset ex carne. ¶ Adhuc autem si esset ex  
 carne non bene teneret figuram aperturæ qua-  
 lis exigitur ad uocem. In supremo autem sui  
 est in ea corpus foramen artans et ampliās  
 quod uocatur lingua fistule q̄ in omnibus  
 organis modulatur uocem et est in ea ex parte  
 ante in quibusdam animalibus nodus con-  
 cauus ad canne foramen apertus in quo te-  
 netur aer multus ad spiritum diu tenendum.  
 et hec sunt aues aquatice que ingerendo ca-  
 put sub aqua diu tenent spiritum aduictum  
 in aqua querendum sicut anas et inglorum  
 genera. supra foramen autem est epiglottis et cō-  
 posita ex tribus cartillaginibus sicut in plu-  
 ribus diximus pendent etiam ibi uula et of-  
 quadrangulum de quibus executi sumus in-  
 ferius aut attingit pulmonem. primo quidem  
 diuiditur in duos ramos postea autem uter-  
 q̄ ipsorum in multa distribuuntur. de qui-  
 bus in anobis arteriarum expeditum est  
 hec autem canna uocatur uulgariter propter  
 canne similitudinem. Alio autem nomine tra-  
 chea arteria dicitur. et maior est omni arteria  
 que est in corpore neruorum. ut autem spiri-  
 tus aeris melius teneatur ad uocis modula-  
 tionem et ubi est ipsa lingua fistule habet cō-  
 strictionem et habet os amplum uersus coc-  
 perturam epiglottis. Aliter enim lingua fistu-  
 le dilatationem et constrictionem non posset  
 sufficienter artare et constringere cannam ad  
 uocis fracturam debitam propter quod eti-

am panniculus qui continuat circulos car-  
 tillaginosos sue substantie durus existit. Hoc  
 enim exigitur ad sonum percussis aeris qui  
 non sonat nisi uerberetur a solido plano. du-  
 ra etiam existens magis resistere ualet spu-  
 tis et catarris et malis fumis cordis in eam  
 descendentes. humet autem hec pellis ali-  
 quantulum ut mollior et delectabilior sit so-  
 nus in ea sicut etiam uidemus eos qui so-  
 nant longas tubas quinque uel sex cubito-  
 rum habentes longitudinem facere. primo  
 enim irrorant eas parumper interius ut mol-  
 lius sonet et delectabilius propter quod eti-  
 am in fistulis organorum magis queritur  
 plumbum q̄ cuprum ad temperandum so-  
 num ne nimis sit acutus hac de causa q̄ ali-  
 qui raucae uocem ex siccitate patientes. primo  
 cantare non possunt et postea cum aliquā diu  
 cantauerint emendatur uox eorum. quia ex  
 conatu et prouocatione et tensione spiritus  
 uenit cum spiritu calor quidem trahens se-  
 cum subtile humidum quod interius can-  
 nam irrogat ad uocis leuificationem et emen-  
 dationem. In bucca autem exteriori ampla  
 adheret ei epiglottis. suspensa ad os triangu-  
 lum sicut diximus in antehabitis et est aper-  
 ta et in parte que non tangit cannam est alligata  
 ad mery filaribus et cum buccella est in  
 transglutitione et trahitur inferius per motum  
 glutitionis trahit epiglottim et trahit cannam  
 et sic fit q̄ in glutendo non intrat aliquid  
 cibi et potius in cannam nisi fiat talis preoc-  
 cupatio et festinatio q̄ mery conturbant glu-  
 tiat itaq̄ q̄ uillis suis non extendatur ad in-  
 ferius. sed sola dilatatione et ampliatione det-  
 uiam buccelle. tunc enim aliquid intrat in ar-  
 teriam et tunc accidit tussis fortis ad hoc cici-  
 endum et si eici non potest accidit mors aut  
 egritudo cronica eo q̄ pulmo non est per-  
 foratus sicut stomachus et intrans in ipsum  
 oportet q̄ aut consumatur paulatim q̄ ta-  
 men uix fieri potest aut putrescit in eo. Infe-  
 rius autem sicut diximus diuiditur trachea.  
 primo in duo propter duas partes pulmo-  
 nis ad quam respirando defert spiritum. po-  
 stea autem diuiditur per multa stricta. quo-  
 rum stricturis aer attractus cordi propor-  
 tionetur et dirigatur ut fiat conueniens ad  
 cor euentandum quolibet cum uia arterie eq̄-  
 tat uenam quietam et ex ipso nutrimentum  
 accipiat. Huius igitur trachee digestio forte cō-  
 tingit etiam q̄ omnes circuli arterie rotundi  
 sūt. Sed tunc o3 q̄ colla illorum alium in q̄  
 bus hoc contingit sint ualde ampla respectu

suorum corporum ita q̄ circuli yso phagi in  
eis non faciat constitutionem. h̄ igitur in sū  
ma dicta sicut de canna. ¶ Alia autem via  
que mery uocatur siue yso phagus est com  
posita ex duabus substantiis quarum quidē  
utraqz est uillosa. sed interior est habens vil  
los habentes uias suas sc̄dm longitudinem  
descendentem in ea. Exterior autem est magis  
carnosa et ad sensum manifestatur carnosita  
tas ipsius et h̄ uillos transversales sc̄dm la  
titudinem dispositos. Huius autem causa est  
q̄ quilibet motus habet suum instrumentū  
mouens. Glutitio autem est motus qui per  
ficit labore nature propter cibi duriciam et  
quantitatem et ideo requirit duo instrumen  
ta mouentia et adiuuantia Quorum vnum  
sit trahens et alterum impingens et expellēs  
Villi longitudinales super buccellam trahū  
tur et premunt et sub eo in eadem directa li  
nea protensa dilatantur ad uiam et sic com  
plent motum attractionis. hoc enim est sc̄dm  
pellicule congruentiam. quoniam pellis ex  
tensa in aliquo loco contrahitur statim in lo  
co qui supra illum est et ideo cum cibus in  
grediens dilatat inferius uillos constabunt  
super ipsum et etiam depellent eum. precipue  
in mery ubi hunc motum non tantum ope  
ratur pellicule dispositio. sed etiam uirtus ai  
me mouentis. Alia autem pellis superior tu  
nica mery existens habet uillos sc̄dm latitu  
dinem extensos et illi faciunt ad cibi depres  
sionem quoniam in omni pelle sic est q̄ cum  
inferior extra superficiem planam ad exteri  
us extendatur superior pars supra eandem  
interius incuruatur et ita fit in motu buccelle  
Quoniam quando illa quantitate sua infe  
riorem partem exterioris tunice exprimit ad  
exteriū superius uillus statim incuruatur  
super eam et deprimit eam ut descendat. facit  
tamen hoc principaliter anima eo q̄ mery  
est pellis animata. Sed cum nature sit opus  
conuenientissimum etiam oportet quod ma  
xima que esse potest sine conuenientia in in  
strumento. Si autem aliquando scinditur  
aut leditur pannus interius erit et dolorosa  
et laboriosa glutitio propter attractionem et  
si scinditur superior uel leditur pannus erit  
laboriosa propter depressionem cibi. Cum  
autem glutitio fiat duobus mouentibus uo  
mitus non fit nisi vno hoc est per uillos la  
titudinales et ideo difficilis est uomitus ual  
de hoc autem ideo factum est. quia uomitus  
per se est contrarius nature et non uiuat nisi  
per accidens. et ideo natura non potuit facili

tatem ad eum. sed glutitio ita fit q̄ saluat sub  
stantiam et ideo cum trahitur cibus tunc uilli  
longitudinales inferius continue dilatari fa  
ciunt q̄ superius uillus latitudinalis potest  
super inferiorem latitudinem et complet glu  
titio. locus autem mery est super spondiles  
retro in collo et hoc fit propter custodiam  
ipsius maiorem. descendit autem per collum  
per mery par neruorum a cerebro sicut dixi  
mus in anothomia neruorum et quando me  
ry est in recto quarte spondilis pectoris per  
transit quidem illam spondilem et tunc parū  
per recedit diuertens ad dextram et hoc ideo  
facit ut suo recessu dilatet locum uene arteria  
lis que uenit a corde et deinde descendit mery  
cum pari neruorum de quo diximus super  
octo residuas spondiles que sunt super qua  
tuor dictis spondilibus et quando peruenit  
usqz ad dyaphragma cum eo ligamine p̄ quod  
parumper subleuatur ut non comprimat su  
as partes que comitantur ipsum in quibus  
est uena magna arterialis. defensus autē iste  
neruorum dicitur paris cum eo est ideo ut per  
omnes gradus distensionis sue securatur a  
nocumento quod ei posset occurrere in recta  
sua extensione per grauitates dictas que ad  
ueniunt stomacho. Cum autem mery pertrā  
sit dyaphragma declinat iterum ad sinistram si  
cut prius super dyaphragma existens declina  
est fortitudo carnis sicut adiutorium p̄por  
cionatur coxe in h̄ q̄ utriq̄ componitur ex  
musculis et cordis magnis ex ossibus forti  
bus ad motum extensionis et retractoris et  
circumductionis pertinentibus et hoc modo  
uidetur in similitudine compositionis et mo  
tus p̄porcionari pes manus sed pes digi  
tos habet ad fortiter figendum et manus ha  
bet digitos ad fortiter apprehendendum et te  
nendum et hec similitudo proportionis facit  
q̄ quidam a natiuitate carentes manibus et  
brachijs opera manuum multa faciunt cum  
pedibus et ceteribus eo q̄ manus et brachia  
sicut crura et pedes laxarū sunt cōiunctionū



et habentia musculos et nervos in tres motus electionis videlicet et contractionis et circū-  
 dationis. Sed non latet nos quod manus et pe-  
 des et coxe et brachia sunt p̄certo mēbra dex-  
 tera et sinistra que sunt principia latitudinis et  
 non nisi quo ad respectum aliquē sunt inferi-  
 us et superius que longitudinis sunt princi-  
 pia. huius autem signum est quod virtutes dextre et  
 sinistrae quo ad motū localem nō exprimur nisi  
 si in cruribus et pedibus et brachijs et mani-  
 bus et ideo etiam contingit quod quā naturaliter  
 adiutorium brachij diminuit sicut fit in sinistra  
 parte tunc etiam in eadem parte diminuit eti-  
 am coxa et eodem modo etiam pes diminuit et  
 diminuit manus et cā quibus diminutionis est  
 diminutio virtutis. Causa autem similitudinis  
 figure est conformitas officij et operationum.  
 Adhuc autem os quibus adiutorij est unum solū  
 quod a iunctura humeri usque ad cubitū porri-  
 gitur. ossa autem brachij inter cubitū et rascetas  
 sunt duo que asseyd uel harundines superius  
 uocari diximus. In eodem autem numero sunt  
 os quibus coxe unū cruris autem duo. Sed li-  
 num genu non habet aliquid rādens in cubito  
 quia non fuit necessarium. quia os quibus linuz  
 genu uocat ideo positum est super iuncturā  
 ne irruet ex gravitate corporis quod sustentet i-  
 eam partem ad quā curuat brachium aut non  
 sustinet aliquid. sed opatur opa ad que exigū-  
 tur diligentia et studiū et h̄ melius fuit soluta  
 iunctura quā limitata et ligata post brachium  
 autem est manus cum h̄js que appendunt sibi  
 et est minor brachio quo ad ossium quantita-  
 tem et est in manus principio rasceta et postea  
 pecten manus quod dividit in quinque digitos.  
 quorum quilibet dividit in eo quod a manu sepa-  
 ratum est in tres articulos et tria ossa et con-  
 iecturas que sunt ossa lysamina iuncturis p̄-  
 pter repletionem interpositā preter pollicem  
 qui in hoc quod separatum est a continuitate  
 manus non dividit nisi in duos articulos et  
 duo ossa et due iuncture suppleunt uacuitates  
 laxae iuncture que est in ipso. In quinque autem  
 digitis servat symmetria mirabilis quod in quo-  
 libet quatuor digitorum primi duo articuli si-  
 ve duo ossa que sunt anterior in digito equa-  
 lia. sunt tria ossa quod est posterior in eodem in  
 quo digitus coniungit pectini manus et om-  
 nia tria ossa que sunt in digito siue tres arti-  
 culi ex quibus totus componit digitus equa-  
 lia sunt ossi rādente sibi in pectine manus cū  
 osse rascete usque ad asseyd cui colligat et tamē  
 sigillatim considerata. primum est brevis se-  
 cundo et secundum tercio et tertium quarto.

In pollice autem duo que faciunt pollicem  
 equalis sunt tercio quod p̄tenditur ad asseyd.  
 sed unumquodque in seipso est equale alteri.  
 Spacio autem longitudinis totius manus  
 equatur spacio quod est a cono nasi usque ad p̄-  
 mam futuram per os frontis sed per os sin-  
 cipitis et ex hoc relinquit quod digitus sit equa-  
 lis fronti et sincipiti. Ille inquam digitus quod lon-  
 gior et medius uocat quod et etiam os frontis  
 et os sincipitis sint equalia scđm naturā. licet  
 hoc non uideat propter curuaturā ossis sin-  
 cipitis maiorem quā sit in osse frontis. spaciū  
 enim quod est a cono nasi usque ad lineā que est  
 sub naso inlatū est equale frontis et h̄ itē equa-  
 le est spacio quod est a lineā que est sub naso us-  
 que ad finem menti. Adhuc autem pede immobi-  
 li circumposito in umbilico et circūducto ad  
 spaciū extensi brachij et manus usque ad me-  
 dij digiti longitudinem tanget eadem p̄feria  
 extremitatem pollicū in pedibus si recte cor-  
 pus extendat et latitudo ab humero. sub tri-  
 pla erit longitudine totius corporis a uerit-  
 ce summo capitis usque ad plantam pedis et in  
 super habet palmū scđm quod palmus geome-  
 trice dicitur latitudo uole siue pectinis manus  
 et si aliter est error esset miraculum equatur  
 spacio quod est ab umbilico usque ad finem pec-  
 tinis fieri s. Amplius autem coniunctio que cō-  
 tractio et clausio digitorum uocat fit ad do-  
 mesticum manus et ad illam partem flectunt  
 digiti ut fortiter apprehendant et cum extendū-  
 tur et expandunt flectunt ad siluestre et ideo  
 scđm naturā extensi digiti paruā arcuositate  
 debent habere ad siluestre et si incuruant di-  
 giti itē quod in medio accipiunt curuitatem h̄  
 significat ne uorum extensione et molliciem  
 p̄pter quod in pueris et feminis fieri aliquā ui-  
 demus. Similiter autem per nervos et muscu-  
 los p̄bitur et extendit locus ubi est radix ad  
 iutorij in osse spatule et osse humeri et h̄ om-  
 nia patent p̄ ea que diximus in anothomia  
 ossium et nervorum. Pars autem interior manus  
 p̄pter plicaturas ossium rascete et digito et  
 pectinis participat quas lineationes manife-  
 stas p̄pter quatuor modos iuncturarum quod sunt  
 in parte illa ubi. n. est stricta et soluta et ea que  
 est per longitudinē ossium et ea que est p̄ ossi-  
 um extrema siue scđm latitudinē ipso et cū  
 ille due linee sint uel tres totā palmā findēs  
 dicunt physonomi quod signat uite longitudo  
 et harum linearum una uadit p̄ longitudinē uo-  
 le et creat a curuatura pollicis ad uole inte-  
 riora. Secunda autem uadit per latitudinē uo-  
 le creata a curuatura indicis ad domesticum

manus. Tercia incipit ab inferiori eiusdem latitudinis creata a curuatura auriculari per sus manus domesticum. Luz. n. iste symetrie a uirtute formatiua optime perficiunt in extremis longe a corde distantibus. Signu est qd in ppinquis existens potentia multu possit super corpus influendo. uita hac autem naturalis potentia creat uitam et uite continuationem in tempus longuz. ubi aut fuerit due breues signatur materia ex humore inordiato et interminato. uice supra uirtutem formatiuam et sic breuiabit uite pyodum. putrescit enim ante tempus interminat humor et breuiabit uitam. Nos enim inferius physonomiam subtilem horu iterabimus omniu que descripsimus membrorum. Amplius autem siluestre palme sicut et siluestre pedis est uenosum ualde et neruosu et multa continens ossa plusqz aliqua pars corporis sibi equalis et e pauca carnis. quia caro non potest sustinere opera multa et dura que sunt membris illis sed esset continuus dolor operantibus. Inferius autem in latitudine sunt coxe alligate anchis. et postea sunt genua sup que est os qd arabice uocat haddaycon qd significat limen genu omnium utilitatem tam plures diximus et post genua sunt crura. anterius aut cruus ubi est tibia ppter acumen et curuitate quas habet nasus curus uocat et posterius eius ubi in concauo ossium pendet sura uocatur uenter cruris propter similitudinez tumoris et mollicie et illius quid sure cum sit musculus magnus creatio est ex carne zepete et neruo et uena reticularis sicut exigit magis musculi compositio et membrum qd est inter inferius cruus et anterius ipsu a latere est id qd arabice uocatur cabab est inferius chalo ubi ossi rascele pedis in quod osse qd superius nominauimus os cruris infigitur posterius aut minoris partis pedis est qd uocat arabice achib hoc est os calcanei. Dator. n. pars pedis est anterior minor posterior. h autem omnia manifesta sunt per ea que dicta sunt in anothomia membrorum similitu que sunt ossa et nerui et musculi et uene et arterie que sunt uene pulsantes. Adhuc autem id qd est anteri in pede sub extremitate que respicit inferius ad alium pedem et est etiam in minori pedis hoc est in minori parte que est pars uocatur pectus pedis propter similitudine concauitatis. dicimus. n. hunc minorem pedem totum membru pcessiuu motus quod rigil arabice uocatur. Uocamus pedem et hui minor in tres partes ipsius que sunt coxa crus et pes

est membrum qd pes uocatur et huius ultimi minor pars est calcaneus et scdm hunc sensum etiam uocat ab aple. minor manus. eo qd minor est trium partium que sunt adiutorium et brachium et manus. Qd autem sequitur coniunctum superiori parte pedis ex multis componitur ossibus et neruis et uenis et in extremitate propter unitionem digitorum sunt ungues et similiter sunt in digitis manus que sunt ossa mollia ut superius diximus. Omnes autem digiti tam pedis qz manus contrahuntur et extrahuntur per modum quem superius determinauimus. Adhuc autem si ad physonomiam paululum respiciamus dicemus qd cum inferius qd iam ante uocauimus pectus pedis fuerit carnosum et non concauita qd ambulans super ipsum equali superficie ambulet super totum pedem equaliter superficie plante in terra iacente significatur astutia et malicia dispositionis. huius enim est signus fri. idi flatis habundantis supra formatiuas et hoc quidem facile recipit formas et de facili moueret etiam a motore debili et ex h creatur astutia circa feminam in rebus paruis et inutilibus et nocuis et significat mala scdm pie. feminaz dispositionem. quando autem pectus pedis fuerit concauum e conuerso significat per contrarium huius bonitatis intellectus et compositio bona moruz ubi fuerit nimia macerie concauus pes. h enim meloncolice esset consumptionis. os autem qd arabice et diximus qd uocatur haddaca qd est limen genu est communis iunctura inter coxa et crus ubi inflexio fit non quid ad ambulandu. sed ad alios curus motus sicut superius diximus. Sic igitur membra que nominauimus in exteriori corporis communia sunt uiris et feminis nec h situs in eis aliquis nisi que diximus. s. fm superius et inferius et dextrum et sinistrum et ante et retro. Non enim dubium est quando omnia membra que exterius sita sunt in corpore sit cognita scdm sensum. Sensus autem ostendit dispositionem membrorum quam induximus. Qd autem h talium facimus rememorationem ideo fit ut completus et perfectus sit nostre sermo de scientia animalium. Nos enim intendimus comparare omnia membra aliorum animalium ad ista que diximus membra hominis et ideo oportet qd nihil nos lateat de figura et situ que est in eis scdm naturam. perfectum enim est principium cognoscendi imperfectum. Solus autem homo perfectissimus est animalium. solius enim hominis membra scdm proportiones proporcionant

perfectissimo quod est mundus et celum et continentia est mundi totius et ideo etiam perfectissimum corpus hominis esse inuenitur. Superiora enim regentia et formalia in homine diriguntur secundum situm ad superius mundi et intelligibilia mouet et regit in eis sicut facit superiora mundi et hec intelligibilia non est alicuius corporis actus. sicut nec intelligibilia que mouet et regit id quod est superius mundi et hoc non est ita in alijs animalibus. que dam enim eorum imperfecta sunt nec omnia ista membra habent. Quedam autem habent sed non secundum situm mundi sicut homo. hominis enim caput in quo sunt uirtutes intellectuales et animales positum est supra totum corpus regimine et situ secundum creationem et situm mundi totius sicut supra diximus. Capita uero aliorum animalium supra corpus quibus sunt regimine. sed non situ. declinant. n. anterius prona in terram et non sunt erecta. sed in hoc conueniunt quod habent quendam ordinem positionis membrorum cum homine in corporibus suis. sed non in situ mundi. quia in omnibus eis post caput est collum si habent collum. aut id quod est in loco colli si collum non habent et post collum est pectus et dorsum. pectus quidem anterius dorsum autem posterius et uenter est post pectus et postea sunt anche et coxe crura et pedes sicut diximus in antehabitis. sed situs in alijs animalibus diuersis. situs mundi non respondent directe. Sensus uero organi est ex maxima parte in animalibus sicut oculi et nares et lingua sunt posita anterius in facie preter solum instrumentum auditus quod compositum est in lateribus capitis cuius causam iam superius assignauimus in anothomia aurium. sed directe respiciunt oculos secundum altitudinem oculi hominis magni uicinaturs proportionem quantitatis sui capitis quod oculi aliorum animalium Inter oculos namque aliorum est latitudo frontis ipsorum sed non est inter oculos hominis nisi acumen nasi. ¶ Et sensus quidem tactus qui solus indicat complexionis bonitatem. est in homine subtilis ualde et post ipsum gustus secundum quod est quidem tactus. Alij autem sensus qui complexionem non indicant hebetiores ceteris multis animalibus. Iste igitur est situs membrorum manifestus qui situs est in eis secundum ordinem positionis naturalis. et hec membra sunt cognita secundum consuetudinem quam tenet natura in membrorum positione et si aliter sic contingit casu et per errorem. Horum autem membrorum physonomia

accipitur a phylomone et a loxo phis quod subtilius quam alij sunt eam rimati. Incipiamus igitur a superioribus dicentes secundum phylomonem quod quibus grassis sed solidi uirtutem indicant. laxi autem infirmitatem animi et timiditatem ostendunt. humeri autem tenues et qui in acumine erecti sunt insidiosum indicant hominem. Qui autem discretos habent auricullas et nodos ad stultitiam referuntur. Lota autem iunctura aduitorij et brachij et manus quando intantum prolixitatis extenditur ut erecto extremitas medij digiti appropinquat generaliter forte mensura quatuor deficiat digitorum. humiles ostendit homines et fortes. Lum autem prolixitas h ad femur definit uel parum ultra maluiolos declarat homines malis alienis gaudentes qui inuidi uocantur. Lumque autem cibum cum desiderio sunt sumentes pretendunt et extendunt os usque ut occurrat manus. breuis et decurua habet manus et brachia et sunt similiter maluioli et inuidi gaudentes de malis alienis. Tenues autem cubiti aut etiam pleni sed imbecilles significat eos qui indociles et rudes. Amplius nimium breues et exigue fortes demonstrant et bene sagaces. Lasse autem manus si digitos breues ultra modum habeant tergi uerforem et insidiosum et furem. Manus autem inorte et tenues loquacem significant et uoracem. Digitos autem longos longitudine auricularum epatis. Auic. dicit significare sicut et magnitudo eorumdem eiusdem epatis declarant magnitudinem et paruitas paruitatem. unguis enim albi plani molles et tenues et subrubentes et bene per lucidi optimum in homine ingenium indicant et hoc est unguis ex signis quod ualde raro fallit. quia tales unguis ab optima procedunt complexionem unguis autem inflexi et curui rapaces indicant imprudentes et si sunt cum macie digitorum significat futuram ethicam uel pessimam aut utrumque illorum. Qui autem impressi sunt in medio et nimium spissi fedes homines et stolidos Breues autem nimium unguis declarat malignum eius dispositionis indices sunt compallidi unguis et nigri. Asperi autem et rotundi prona declinant in uenerem. Quia autem sine manifesta causa unguis de facili cadunt lepram significat futuram. Digni enim coherentes et conuincti inuidum ostendunt hominem. ¶ Collecti autem et conglobati auarum dicuntur et malignum. Parui uero et tenues stultum. Contra autem parui et grassis et inuidum et audacem indicant et ferum. Qui autem

nimis vicini sunt et tenues digitū longe sunt a  
sapientia. Si autē moderato spacio in se di-  
stant leues dicunt esse et loquaces. Qui uero  
tempate sunt magnitudinis et honeste speciei  
mores optimos indicant. Non omnes enim  
in pedum digitis et unguibus quantū ad sig-  
na eorum que dicta sunt attendunt. Latera eti-  
am tenua et angusta et depressa timiditate in-  
dicant. que autē referta sunt carnibus et dura  
indociles hominē ostendunt. h. n. per simile ad  
ranas referunt. Amplius autē dorsum effoli-  
dum virile est. si in contrariū sit mulieribus  
ascribitur gñi. Quorum autē dorsum in cur-  
uum est si molli carne fuerint et si que iuxta  
illa sunt angustiora tanq̄ sint succinca. Hī  
in omni ope uirtutis p̄cellunt et in uenationū  
studio summi erunt. Adhuc spine pars infe-  
rior si latis laceat natibus et molli carne cir-  
cūdata femininū est et effeminatos ostendit.  
Si autem pars proluxa est et definit in acu-  
tum intpantiam ostendit libidinū et timidita-  
tem. Uilis autē esse solet qui moderata et solida.  
Si ylia solida fuerint et dura et districta  
fuerint ossibus indicant ferum et bellatorem  
hominem. talia. n. ylia ad leonem p̄lo dicit  
referri. Si autem sint molli carne completa  
muliebre ingenium designabunt. Qui autē ni-  
miam exoria sunt et rugosa et tenui cute cir-  
cūdata sicut sunt ylia symeaz malignitatem  
p̄tendunt. Earundem autē rexp̄ etiam femorū  
sunt signa sc̄m phyle. Quia etiam femur et  
ylia subito non differunt. sed ratione sicut p̄  
ex anothomia femorū. ¶ Nunc autē signa su-  
mamus ex carnibus que sunt inter genu et pe-  
dem dicit enim ap̄l. q̄ genua que inter se con-  
uersa sunt quasi collidant ad femineā referuntur  
pp̄rietatem. quando eadem pars cruzis  
que sub genu est et uocatur sura est plena et  
quasi grauida sordidum significat hominem  
et intempatum et impudentē. Seruiles enim  
mores hec signa comprehendunt. Cum autē  
moderate sunt magnitudinis et plenitudinis  
solide et districte ad in̄icem optimum ingeni-  
um indicabunt. Dolles autē sure effeminatos  
indicabunt assignant et sexu muliebre. Ime  
autē partes cruzium sunt proxime talis. Ima  
igitur pedis et calcanei cum longa sunt et refer-  
ta carnibus stultum indicabunt et insanum et  
refert hoc palemon a se sepius expertum. p̄-  
cipue tamen erit efficacius signum si cōtingat  
in eis. humiles etiā digitos et uastos quorū  
autē pedis est ambitus concauitatis solidus hī  
certi circumspecti et honesti consueuerūt esse.  
Pedis. n. na quando districta fuerit iuuere

et articulis clarum generosum et r̄tile inge-  
nium indicabunt. Dolles autē si sint ampla  
carne circūdati molle indicabunt ingenium.  
Crassi autē breues pedes ualde indicant fir-  
mum hominem. nimium autem pl̄xi ad ho-  
minem dolosum referunt et ad eum qui mul-  
ta cogitat perniciosum. tenues autē et breues  
pedes produnt hominē malignum. Luzzi pe-  
des et qui plantam hnt longe cavam et redi-  
ctam hnt sunt improbandi. qui autē non pla-  
ni sunt in planta uersutam ostendunt et ma-  
lignam mentem. Amplius autē crura densis ca-  
pillis obstita sc̄m loxum indocilem et feruz  
hominem indicabunt. Dec enim indicant in-  
guina si nimis sint capillosa. uenter similiter  
et pectus si nimio pilo tecta fuerint leuem ho-  
minem et instabilem significat. declarat etiam  
huius animum qui sine religione est et sine  
pietate. Cum autem solum pectus capillos p̄-  
fert calidum et animosum designat. Cum autē  
cōmune corpus capillo tectum est quadru-  
pes animal potius q̄ hominē indicat. Le-  
uix autē que iuxta caput est cum fuerit capil-  
losa fortem et animosum indicabit. Cum ue-  
ro ad mediam frontem capillus descendit ex  
utraq̄ pte repressus et reflexus est ad equaz  
speciem habet similitudinē. ¶ Incessua quoq̄  
hominis ex inclinatione nature p̄cedens an-  
nunciat de eo qualis sit animi et qualitū mox  
qui cum longis passibus incedunt magnani-  
mi esse signant et efficaces. Qui uero angu-  
stis passibus incedunt inefficaces sunt et par-  
ue mentis. Celeritas autē gressus est erecto et  
claro corpore et honesta habitudine caliduz  
hominem esse indicat qui res agendas magis  
q̄ perficiendas aggreditur. Si autē celeriter q̄-  
dam mouet si submitit oculos et se cōprimit  
et multum deducit atq̄ totum cōplicat corp̄  
significat nimis timidum parcum uersutum  
et nimis liberalem. Si autē cum celeritate mo-  
tus accidit perturbatio oculorū capitis incō-  
stantia et anhelitus spissus. hec indicia p̄dūt  
hominem magnaz cladum et inanem et au-  
dacem. Qui uero breues passus habent cū  
q̄ accelerat malignus esse dicitur plus tamen  
timidus et imbecillis habendus est. Tardus  
autem incessus si naturalis est animū indicat  
pinguiorem nisi alia signa potentiora dissen-  
tiant. Si autē pcurata sit tarditas et interdum  
resistat et cervicem reflectet et circumspectat su-  
perbie h̄ extat signum. Erecte autem euntem  
et molliter spatulas gerentem et gradu cōpo-  
sito mecum et incontinentem pronuntiabit.  
Cum autem pedis et manū motus cū totius

corporis motibus consentiunt et cum bene & moderate ac tranquille inferunt cum inclinatione aliqua capitis decentis et cervicis hinc dicit hominem magnanimū et fortem, talis enim est incessus leonis ut dicit p̄lo. Qui humeros commouendo incedit erecto collo superbus et insolens rectissime indicat. Qui autē in omni tempore instabiliter permouentur et declinant frequentius ad dextraz partem que mollior est stulti sunt indicandi. Acres autē probantur frequentius quorum corpus declinat ad sinistram, quia retinent motus instabilitatis. Qui uero sese submitunt atq; corpus in honesto infringunt blandi sunt qui ad canes blanditates referunt. Ap̄l. autē ad alexandru3 dicit qd qui mouetur frequenter et loquitur motu manuum, est immundus et eloquens et deceptor. Qui uero abstinens a motu manuum h̄ est perfectus intellectu bñ dispositus et sani consilij.

Tractatus tercius primi libri in quo agitur de membris interioribus La. primum de convenientia animalium in membris et anothomia cerebri, et natura ipsius.

In his que iam premissimus locuti sumus de membris exterioribus et non de membris interioribus nisi de illis que coniuncta sunt exterioribus sicut est matrix et vesica et omnes pellicule uentris. Nunc autē de interioribus in hoc tractatu loquendū est siue sint instrumenta uirtutum sp̄ualium sicut cor et pulmo siue etiam sint instrumenta uirtutum naturalium sicut ep̄a stomachus splen intestina et renes. ¶ Dicamus igit̄ qd membra interiora sunt ita cognita multis sicut exteriora que subiacent sensui. ¶ Nos igit̄ oportet h̄ rememorari de ipsis ut saltem sermone n̄ro siant cognita ut compemus ea membris aliorū animalium quorū natura quo ad membra interiora est propinqua membris hoim. quia animalia multo sunt similia homini in membris interioribus q̄ in exterioribus. Lū h̄ fecimus tunc erit completus et perfectus liberista qui de scientia animalium est, quia omnia membra animalium p̄fecte cognoscem. Causa autē quare in interioribus magis se similia animalia sibi inuicem et homini q̄ in exterioribus est quia interiora sunt elementaria facientia materiam exteriorū et sicut est similitudo nerualium in materialibus et sicut uniuocam habent materiam plante ita etiam

in interioribus conueniunt animalia quasi materialibus. exteriora autem exercent opera et illa formalia et dissimilia nisi sint similia passionibus sicut sunt organa uisus q̄ ualde abstractus est et ideo oculi alium similiares sunt omnibus alijs membris exterioribus non enim p̄fundatur multum in alium naturam sicut tactus et gustus. post h̄ autem similitior est auditus et sic est de olfactu post auditum. Gustus autem et tactus ualde sunt dissimiles et ḡnalter instrumenta passiuarū uirtutum eo qd inferunt eis passionibus ab extrinseco que sunt eadem ad omnia animalia sūt multo similia instrumentis actiuis pericientibus motum que sunt uirtutum que ex ip̄a p̄cedunt alium natura et ideo sc̄dm diuersitatem nature animalium diuersificantur et illa quecumq; in ip̄orum conueniunt magis in natura magis etiā simulat in organis illis sicut equus et asinus in pedibus et bos et ceruus et sic de alijs. Sed in interioribus magnam fere omnino alia habent similitudinem quia ep̄ata eorum et cerebella et pulmones multum conueniunt et similiter stomachi et intestina. hec enim sunt uasa materie nutrimenti que in genere eadem est pluribus animalibus et formales differēcias accipit a digestionē ultima que complent in membris organics formaliter differentibus h̄ eadem etiam causa est qd conueniunt alia plus in similibus membris q̄ in dissimilibus. Similia enim magis referunt ad materiam et dissimilia magis referunt ad formā. Inter omnia autem interiora et similia maior uidetur esse conuenientia alium in cerebri substantia. illa enim in omnibus cerebrum h̄ntibus est mollis alba humida et quasi in duo diuisa ante et post. Alia que anterior est. ē mollior et posterior est aliquantulum durior et siccor et ideo si cognoscat̄ cerebrum hominis facile cognoscat̄ substantia cerebri aliorum animalium p̄ relationē ad ipsum. ¶ Dicamus igit̄ qd substantia cerebri quā nos cognoscat̄ que rimus diuidit̄ in tres partes quarum vna est substantia uelata, secunda substantia medullarū, tertia autē est uentres qui sunt in ip̄o q̄ sunt spiritu alii pleni. Nervi autē sunt sicut uirgulta que ex ip̄o p̄deuntia nō in sūt aliqd substantie ipsius, totū autē cerebry p̄ longitudinē linee diuidit̄ in duo que p̄trahit̄ per mediu medulle ipsius et p̄ mediu pellicularū suarum et p̄ mediu uentriculorum suorum et hoc est ideo ut sciat̄ esse duplex auxiliū eo qd referat̄ ad utrūq; organū sensuū et motuarum

uirtutum ipsius ex utroque latere que omnia  
duplicia facta sunt propter causas quae supra  
diximus quod si non uentum accidit nisi sal-  
uetur pars altera. Est autem ipsa cerebri sub-  
stantia frigida et humida secundum qualitates na-  
turales complexiones ipsam. Factum autem  
propter tres causas precipue quarum una est  
quia dum fiat continue motus in ipso ex motu  
bus nervorum motuque uirtutum posterius et  
passiones continue fiant in ipso ex motibus sensi-  
bilius antequam si non esset frigidissimum inflama-  
retur ex calore qui excitatur ex motibus illis mul-  
tis et continuis. Secunda autem est quia cum spiritus cali-  
dus ualde mittatur a corde per duas arteri-  
as que diriguntur a corde ad cerebrum de quibus  
supra in anothomia arteriarum diximus.  
Si cum haec substantia cerebri esset calida aut te-  
perata efficerentur omnes operationes animales  
comixte et confuse eo quod superfluum calidum com-  
misset operationes sicut in alijs ostendimus.  
Nunc autem per cerebri frigiditatem fit temperamentum  
Tercia causa est multitudo spirituum lucidorum qui  
sunt in ipso qui in ipso discursu et lumine suo  
in cellas aliam uirtutum excitarent inflammationem  
dissoluentem aliter non esset frigiditas cere-  
bri temperans. hijs igitur de causis frigida est ce-  
rebri substantia. Humidum autem est secundum naturam  
ut motus de quo dictum est non exsiccat ipsum  
et ut bene sit impossibile omnibus formis uir-  
tutum aliam et ut esset ad bonam figuram per se  
ipsum possit redigi antequam et posterius in  
ipsa autem sui humiditate factum est molle et pin-  
guc. Pingue quidem ut viscosum ad tenendas  
formas que ueniunt ad ipsum et ut id quod oritur  
ex ipso. nervi uel motui et sensui sic visco-  
sum et extensibile per diuersas corporis flexu-  
ras et etiam ut nutrimentum quod ex ipso datur ner-  
uis et miche fit bonum. quia ambo illa pinguis  
et viscosa sunt et nutriuntur ex cerebro. ex quo  
enim nervi debent esse flexuosi et duri aliqua-  
tulum et durities conuenit ei per distantias a sua  
origine oportuit necessario ut principium ip-  
sorum esset pingue. quia aliter inflexibiles in-  
durarent. Adhuc autem quia spiritus discurrere in ip-  
so debuit non esset leuis et rarus nisi esset hu-  
mido pingui sustentatus. Si. non esset durus et  
siccus lederentur ex eo membra et impedirentur  
operationes. substantia. n. cerebri non equaliter  
est leuis et mollis. quoniam anterior pars illi-  
us est mollior et lenior et posterior durior  
et siccior et est uelamen diuidens inter duas  
partes ipsius de his inferius faciemus mentio-  
nem. Anterior quippe mollities et leuitas sunt  
necessaria. quia cum sensus sit speculator co-

gruus locus est ut antequam locentur organa  
sua que iuuant mollitie et leuitate ad bene  
receptendum formas sensibiles. Plurimi autem  
neruorum motuorum cum miche oriuntur poste-  
rius que in quibus miche est nuntius et uicarius  
eis per spondiles dorsum per longitudinem corpo-  
ris directa a qua operatur oriri nervos fortes et  
duros. et ideo conueniens fuit ipsum posteri-  
us esse siccius et durius. Uelamen autem quod est in  
ipso gradatim positum est propter duas causas  
quarum una est quod mollis pars eius sepe a con-  
tactu pariter dure. Secunda uero est. quia nervi  
descendentes ab ipso secundum suas origines di-  
uiduntur et sepantur ab inuicem. oportuit ergo  
ut esset ibi firmum aliquid quod contineret eos  
et ideo distensus per ipsum pellis firma cui  
imitantur et per quam retineant ne decidant a  
principio sue generationis et nutrimenti post re-  
flexionem aut uelaminis istius posterius post  
cerebrum est locus uacius qui uocatur torcu-  
lar siue lacuna. habens latitudinem aliquam et  
ad illam uene uenientes ab epate effundunt san-  
guinem quem apportant et ibi dirigunt. aut for-  
te a caliditate superflua temperatur et substantia ce-  
rebri quam exsiccant uene nutrientes cerebrum  
surgentes cum per sua orificia super torcular  
directa et cum luxerunt eum deportant eum ad  
duas uenas de quibus omnibus diximus in  
anothomia uenarum nec hoc oportet repetere  
lasciunt autem illius siue uacuitates auxilium est  
quia nervi et miche lederentur si coningeret cra-  
neum. et ideo oportuit ut fierent origines eo-  
rum eadem distantia quod a cranio. ex interiori  
aut parte cerebri oriuntur ab eo duo addita-  
ta mamillaria per que fit odoratus et haec par-  
tes differunt a cerebri mollitie. sed in extremitatibus  
eorum consequitur ea aliquid de duricie neruorum  
Amplius autem sunt duo panniculi cerebri co-  
operientes quorum superior qui ad cranium ele-  
uatur est spissior et durior ut resistat duricie  
ei ossis et prohibeat nocumenta que ab ossibus  
ueniunt ad cerebrum puenire et propter duriciam su-  
am et maternam custodiam quam impedit cerebro  
excipiendo nocumenta ossis mater uocatur.  
Secundus autem panniculus est subtilis mol-  
lis adherens cerebro et molliter excipiens ip-  
sum et custodit ne ad duriorum eleuatum duri-  
ter impingat quoniam. n. dilatat et quoniam con-  
strigitur et aliquando eleuat. precipue in clamore et  
cantu magnarum uocum et tunc mollities eius ce-  
rebri durum et spissum in contactu ledi posset nisi  
medium plus molle quam durum ipsum custodiret  
et ob hanc partem matris custodiam pia mater haec pel-  
licula nuncupatur propter nimiam autem cerebri

molliciem et nimiam crani duriciam oportebat ut duplici involueret medio. uno quidem tegente et tangente et altero impediente in partionem ad os non autem cerebrum tangente. spectialem autem tamen prestat utilitatem pia mater. quia est ligamentum venarum tam pulsantium quam quietarum ad cerebrum venientium que absque dubio continere non possent propter molliem cerebri nisi panniculo dicto quasi secundina quadam continerentur in suis proprijs sicutibus et locis et hac de causa etiam in diversis locis divisionum cerebri. hanc pellicula ingreditur in substantiam cerebri et tendit ad ventriculos ipsius et tenditur usque iuxta postremum ventriculum et ibi non involuit cerebrum eo quod ibi non indiget eo propter duriciam propriam quam ibi habet. panniculus autem spissus nunquam tangit subtilem. sed ubique elevat ab eo et non est aliquid continuans inter os nisi vene pulsantes et quiete ex spisso venientes et usque ad subtilem pervenientes siue penetrantes alligat. n. quibusdam ligamentibus pannicularibus que ex ipso spisso panno oriuntur et veniunt ad crani divisiones de quibus in anothomia capitis diximus et illa ligamenta pannicularia etiam per os in suturis et alijs coniunctionibus perungunt ad exteriora crani et ibi texti ab eis panniculus involvens craneum exterius super quem panniculum diffundit caro que est contra craneum cui postea superducit cutis ex qua capilli oriuntur ita quod primum oportum est capilli secundum cutem et tertium caro et quartum pellis contexta. quintum os crani. et sextum dura mater. et septimum pia mater et haec omnia in superiori capitis parte. Adhuc autem cerebrum secundum suam longitudinem tres habet ventres quorum quilibet per latitudinem suam duas habet partes dextram et sinistram que pars iuvat odoratam sicut diximus iuvat etiam ad expulsionem superfluitatum per os nasi quod colatorium vocatur quod totum secundum longitudinem nasi est tanquam basis subiacet est foraminosum in equalibus foraminibus sicut iam in antehabitis determinatum est. per vias autem que sunt a cono nasi ad mammillaria procedentes ingreditur spiritus qui ad diversas iuvat operationes. postremus autem ventriculus licet minor sit anteriore tamen est et magnus secundum se. eo quod ipse supplet ibi magni membri quod est occiput. vacuitatem et precipue quia ipse est principium magne rei que est micha. quia ex ipso dividit per nervos spiritus motivus et per micham. eo quod in postremo sunt spiritus servativae operationis que est re-

memorari et remanere et alia multa huiusmodi qui suas custodiunt per spiritum qui ibi est operationis. non solum autem hic ventriculus minor est anteriore. sed etiam minor est quam particula anteriorum ventriculorum stringitur autem hic ventriculus paulatim versus micham quam a se emittit et dilatatur versus medium a quo incipit sua duricia. Medius autem ventriculus non tam ventriculus est quam transitus quod ex anteriori in postremum et ideo etiam magnificat et elargatur eo quod habundant redit de magno anteriori ad magnum postremum quicquid est de spiritu et formis. principium autem huius ventriculi ita cooperitur quod videtur illud quod intrinsecus in ipso esse sicut spiritus qui etiam spiritus motu suo facit elevationem transitus elongatur autem ex diversis sionibus suis. Iste autem ventriculus vocatur a quibusdam coniunctio duorum ventriculorum eo quod defert spiritus recipientes formas a priore in posteriorem in quo sunt virtutes servantes sicut diximus. et ideo iste ventriculus optime attribuitur cogitativae et ymaginativae quia ille fuit in transitu et motu spirituum sicut scitur ex hijs que de differentia et spiritus et anime diximus quod autem in istis ventriculis predictarum virtutum sunt operationes signatur ex nocentis que accidunt ex eis quoniam quando accidit nocentium alicui horum ventriculorum aut leditur aut omnino destruitur operatio virtutis illius quam diximus sita esse in ipso. panniculus autem subtilis qui pia mater dicitur cooperit et distinguens ingreditur ventriculos cerebri usque ad occiput ibi enim tali non eget opere sicut iam in antehabitis diximus. Distinctiones autem et commissure cerebri vicine sunt ut in eis continueat spiritus animalis ad quem ad hauriendum non continue aperit cerebrum. paucus enim est spiritus animalis et oportet ut diligenter conservet. Alia etiam causa eandem est commissurarum ut in eis animal dirigatur qui quod quando a corde mittitur non sufficienter est assumulatus conplexioni cerebri et ideo stat in anteriori parte. et dicitur incipit plus autem assumulatur in media et perficitur eius digestio in postrema non. nunquam aliquid digestionem complet naturam nisi sit diffusum per partes digerentis. Commissura autem anterioris ventriculi plura habet distinguentia singularia quam commissura posterioris ventriculi. portio enim ventriculi ad ventriculum fere est sicut portio membri ad membrum. causa autem quia minor est posterior quam anterior. accipitur ex ipsa distinctione et inter hanc

Ventrem anteriorem videlicet et posteriorem est locus in quo pertinentur due vene magne que ad cerebrum ascendunt et ex quibus textur secundina hoc est rete illud quod sub cerebro iacet sicut in venarum diximus anothomia. Rami autem illi venarum innuntant cuiusdam corpori et habet glandis figuram et implet locum qui est inter venas et ventres dictos et sustinet eos ne confluant. sicut enim divisio ramorum venarum dictarum astrictio incipit et terminatur in amplius ita facit caro dicta et sic facit dilatationem. Caput. n. huius glandule figure est pinealis et illud uertit ad superius ubi fit partitio prima camerarum et venarum et protenditur uersus fundum ubi completur suspensio ramorum dictarum venarum. et ubi ex eis contextit rete siue secundina que sub cerebro requiescit. pars autem que dicitur vermicularis forme que est pars cerebri in aliquo assimilata carni pertingit super ventriculum medium et super partes ipsius ante et post secundum longitudinem extensa super uentriculum ligata ad ipsam ante et post ut possit extendi et contracti sicut nervus quo colligant membra. et hoc corpus in summa parte eius est cooperatum panniculo subtili qui cerebrum cooperit usque ad posteriorem partem ubi cooperulo non indiget. Coniungitur autem vermiculari illud cum duobus cerebri rotundis additamentis que sunt in longitudine cerebri anterioris et posterioris ita quod duo istorum additamentorum sunt anterioris et duo posterioris lateraliter se respicientia et illud vermiculari est inter ea sicut nervus colligans ea et non permittens ea ab inuicem recedere cum constringit vermiculari trahit duo lateralia additamenta et coniungit ea et tunc clauditur uentriculus et operatur et cum extenditur ad exprimendum additamenta separantur ab inuicem et aperit uentriculus quod autem de eo extenditur posteriorius minus est eo quod uenit anterioris et peruenit ad uacuitatem et sistit in posterioribus cerebri. sicut insigatur in uiam introitus eius. Anterior enim pars latior est posteriori secundum figuram quam cerebri potest tollerare quantitas. duo uero predicta additamenta ualida uocantur propter similitudinem ad uia quam habent. In istis additamentis ualibus nunquam fit commissura aliqua. sed sunt plana et leuia ut aptius stringant et cooperant et magis obediunt motui quando mouet substantia vermicularis. sub cerebro autem et panniculo eius super basim cerebri que est os quod parillare uocare diximus iacet et hec quod contextura

est ex uenis ad caput ascendentibus de quibus in anothomia venarum diximus. ¶ Amplius expulsio superfluitatum cerebri duos habet meatus exterioribus sui. quorum unus est in uentriculo anteriori inter medio ubi se contingunt uentriculus anterior et uentriculus medius. Alter autem est in uentriculo medio. postremus autem non habet meatus. eo quod ad ipsum nihil uenit nisi quod est deputatum. et nisi quia comparatione anterioris est strictus non potest sustinere perforationem. Deinde autem uentriculi meatus est in termino ubi se contingunt communiter medius et postremus. milia etiam habet duos exitus per quos eius superfluitates expelluntur. Supradicti autem duo meatus cerebri incipiunt quidem ex duobus uentibus ut dictum est et cum penetraunt in ipsum cerebrum quod purgatur per eos transuersantur et obuiant sibi in profundo et illius quidem transuersationis et meatus principium est in uelamine subtili et eius postremum inferius est in uelamine duro et ubi strictum est formatum sicut caput rose quod incipit ab amplo et deficit in strictum propter quod caput rose uocatur. a quibusdam enim nominatur infusorium. Cum autem penetrauit in panniculum durum obuiat illi meatus aliquando in glandula de qua supra diximus et fit sicut sit spera compressa a duobus polis superius et inferius et penetraunt inter panniculum qui est durus et meatum palati et sibi cadit in meatum qui est in concavitatibus colatorum uersus superum palati. hinc igitur in anothomia cerebri. ¶ Ex his igitur patet quod cerebrum est positum inter caput hominis interioris et ex eodem modo est positum etiam intra caput aliorum animalium. omnia enim animalia habent sanguinem habent cerebrum. Animal enim marinum de quo minus uidetur quod malachie uocatur et pedes habet et pinnas habet cerebrum et multa etiam sanguinem non habentia habent cerebrum. et etiam imperfecta habent aliquid loco cerebri. sed cerebrum imperfectam cerebri ratione non habent. ¶ Homo uero propter multas et perfectas suas uirtutes animales habet magnum cerebrum pro portione quantitatis capitis sui et habet ipsum humidum et molle ualde et circūdat ipsum cerebrum due tele circumquaque. scilicet pia mater et dura mater. duarum autem telarum illa que est iuxta os cranei est fortior et durior. Est autem cerebrum diuisum per longitudinem in duos modos dextrum videlicet et sinistrum.



et in posteriori parte capitis est cerebrum aliud secundum complexionem in ventriculis posterioribus dextro et sinistro diuersum ab eo quod est anterius et visu et tactu. quia posterius est siccum durum et anterius est humidum et molle. In ultima autem parte posteriori cerebri est uacuum illud quod torcular uocatur uel lacunam uocamus et hoc uacuum quidem magnum est secundum capitis quantitatem. Adhuc autem capita quorundam animalium et sunt magna et facies eorum in quod si situs nasus et oculi et os est simul et proportionata capitibus eorum et hoc est in quibusdam que rotunda sunt in facie sicut homo et symea. quedam autem proportionem suam quantitatis habet caput paruum et mandibulas magnas sicut omne animal caudam pilosam sicut equus mulus et asinus. Cauda autem pilosa uocatur que in toto pilis longis et multis est repleta. Amplius autem nullus omnino sanguis est in cerebro ipsa substantia neque uena que unita sit sicut uidentur alijs partibus corporibus et ideo etiam cerebrum frigidum est in tactu quod non esset si sanguis et uene commiscerentur substantie eius. quia sanguis et uene sunt calide. Adhuc autem in medio cerebri est locus profundus et longus qui est uentriculus medius ipsius et secundum dictas dispositiones cerebrum est in omni animali quod habet cerebrum. Tela autem que est pia mater que sequitur inuolucens ipsam participat uenas et continet eas ne dislocentur. que tela est similis corio siue pelle subtili continenti cerebrum. in posteriori autem parte ubi deficit pia mater ibi est super ipsam et super duram matrem os subtile debile quod os laude uocatur ad suram posteriorem continuatum et hoc est in occipite. Super utramque autem pellem et super cerebri substantiam est etiam os subtile et debile in sincipite quod uocatur os prore capitis et a quibusdam os coronale. Inter utrumque etiam oculorum sunt tres a cerebro et ad cerebrum. sed due illarum procedunt ad occiput et una quidem illarum est que est uia spirituum per cellulas et secunda que magna est. Est uia carnis uermicularis. Hec enim ambe ad occiput uadunt. parua autem quedam uenit ad sinciput ab anteriori cerebri et per illam fit odoratus. Uia enim minor uenit pertingens prope conum nasi. Due autem uie maiores concurrunt ad se inuicem in media cella antequam perueniant ad locum suum in quo est finis spiritus decurrentis.

Hoc autem in piscibus magis patet quando enim cerebrum piscis decoctum est et contractum inueniuntur due uie. una ab anteriori intrans et una a posteriori etiam intrans in cerebrum et manifestatur tertia uia exiens a cerebro prope nasum terminata et ibi sunt uie parue plures que nullo modo ad cerebrum concurrunt.

*Capitulum secundum de yso-phago et canna et anothomia pulmonis. etc.*

Utra collum autem post os et linguam et yso-phagus angustus quidem superius et longum inferius ad stomachum per dyastagma protensus. et trachea arteria est anterius in collo et yso-phagus in parte posteriori in supremo colli siue gutturis. Trachea autem arteria non est nisi in habentibus pulmonem et trachee creatio est ex annulis cartilaginosis et est pauci sanguinis. eo quod arteriarum est habere parum de subtili sanguine et multum de spiritu. Uenarum autem econuerso et hanc tracheam continent uene subtiles panniculares connectentes annulos eius et situs quidem arterie in supremo est post os interius in gutture in oppositione directa contra foramen palati quod uenit de naso et per quod musculago descendit in concauum oris ex naso et ideo forte conuenit quod homo humida lubrica per os in abstractu spiritus uel in ritu attrahit in naso propter apertionem illius foraminis quod est inter os et nasum. Inter duo autem foramina canna et yso-phagi est quod est interius in radice lingue superiori situ directe et est simile coopertorio. Et hoc est quod supra uocauimus epiglottum quod membrum cooperit cannam pulmonis ne cadat in eam quicquid de cibo propter causam quam supra diximus. Inferior autem pars canne que ad pulmonem pertingit in duos diuiditur ramos qui rami duobus canalibus assumulantur et hi duo canales perueniunt ad duas alias pulmonis. quoniam sicut diximus superius pulmo diuiditur in duo et talis diuisio est in omni habenti pulmonem. et hec diuisio non est multum manifesta in animalibus generantibus sibi similia et principaliter in hominibus. Sed in hominibus pellicula diuidens pectus et uenies super pulmonem medium manifeste probat eius diuisionem. sed in seipso pulmo hominis non

est multe diuisionis sicut sunt pulmones alio-  
rum animalium que sibi similia generant. In  
ouantibus autem bipedibus et quadrupedi-  
bus sicut est lacerta quadrupes ouans et ml-  
ta alia inuenitur pulmo multe ramificationis  
ualde propter qd vulgus uidens diuisiones  
eius in gallinis et alijs aubus opinant du-  
os esse in talibus animalibus pulmones. p-  
tes cane que canna uocatur pulmonis ita q  
utraq partium pulmonis participat vnu ra-  
num canne diuidunt in ea multas diuisiones  
de quibus omnibus in phicis plenam et suf-  
ficientem reddimus rōnem et iste canne sic p  
diuisionem in substantia pulmonis factam p  
ueniunt in multa ramificate ad diuersas par-  
tes pulmonis quas ingrediunt portates ac-  
ren ita tamen q utraq partium pulmonis  
maior vnum rānum maiorem participat can-  
ne et ille ultimus in multos diuidit ramos.  
Lanna autem sic diuidit et p arteriam que a  
corde ad pulmonem dirigit applicat median-  
te corde uene pulsanti magne et similiter ap-  
plicantur alie partes alterius partis canne ei-  
usdem maiori arterie siue uene pulsanti quā  
orbij supra nominauimus. hoc aut signum  
est q quando aliquis insufflat cannā mor-  
tui animalis que adhuc pulmōni inspiratus  
spiritus intzat loca pro fundissima pulmonis  
et intumescunt ita quid uidetur inflatus pul-  
mo. eo q in ipso raritas magna et sub ipius  
tota est porosa et ultime extremitates quidez  
illorum foraminū que sunt ramoz canne in  
profundo pulmonis sunt stricte et acute. Ra-  
dices autem siue principia eorum ex pte can-  
ne in superiori pulmonis sint ampliora. hec  
autem canna mediante arteria que uenit i pul-  
monem est applicata cordi sicut pentilabrum  
ei q uentulatur per ipsum per qd fit applica-  
tio est ligatum qd creatum est ex cartillagine  
ex neruo capillari. Arteria. n. interius est du-  
ra ualde et natura cartillaginis vicina neruis  
aut etiam commixtis confirmatur hoc totuz  
et superius ubi fit applicatio est pinguedo  
quedam operiens et leuans duriciem suā pu-  
tuositate. hec autem ut melius intelligantur  
oportet nos ponere pulmonis anothomiaz.  
¶ Dicamus ergo q pulmonis creatio pcul-  
dubio est ex substantijs quatuor quaz vna  
est canna que in ipsā mittit duos ramos mag-  
nos quorum uterq diuiditur in plurimos  
ramos. Secunda autem est arteria uenata  
que in ipsum a corde dirigitur et in multa di-  
uiditur sicut diximus in anothomia arteria-  
rum. Tercia autem sunt rami uenarum et nec

uozum ad ipsum directorum. et hec tria con-  
iungit caro quedam mollis et porosa creata  
ex tenuiori sanguine et subtiliori qui est nu-  
trimentum eius et ideo est plurimoz meatu-  
um siue porozum mollis et rarus ad albedi-  
nem declinans et h quidem uerum est in om-  
nibus pulmonibus alium pfectozum que in-  
tegre scdm nature uigore sunt facta. Creatus  
est aut rarus ut in ipso capiat et diuidat aer.  
et dirigatur ad cordis congruentia et ut ex-  
pellatur supfluitas et fumositas et grossities  
ab ipso sicut. n. in precedentibus diximus nū  
qz aliquid congrue et scdm naturā dirigitur  
nisi qd distributum est in partes dirigentis.  
illam. n. habet compassionem pulmo ad aerē  
cor euentantez qz habet epaz ad cibū toti cor-  
pori congruentem. est aut habens duas diui-  
siones siue alas ut quid uocant quaruz vna  
tendit ad dextrā et altera tendit ad sinistra. di-  
uisio autem sinistra habet duos ramos dex-  
tra autem habet tres. vtilitas enim pulmonis  
vniuersaliter nulla est nisi attractio aeris. au-  
xilium aut attractionis aeris est ut prepare-  
tur aer cordi plus quid qz indiget in pulsu  
uero. h autem ideo fit ut contingat impedim-  
tum attractionis aut tentionis uocis longe.  
aut etiam quia horret aerem qui forte fetet ut  
corruptus est q habeatur aliquid a eris in  
pulmone vnde cor euentatur. Aer enim ille a  
pulmone directus cordi est ut euentet calorē  
cordis et ut nutriet et restauet spm uitale in  
corde ex subā aerea indigesta. quia talis subā  
vincens est in subā sps uitalis. licet sit mixtus  
ex plium eorum substantijs. sps. n. non ē cor-  
pus simplex. nō. n. solus aer cōuersus sit spi-  
ritus neqz solus nutrit spm sicut nec aliqua a  
qua nutrit mebz. sed aerea ē maior ps subē  
ipius. sed utriqz ipoz a qua. s. et aer aut est  
ps nutrimenti aut suo fluxu et subtilitate facit  
penetrare nutrimentū intra subām eius qd nu-  
trit. principalis tñ utilitas attractionis aeris  
ē recēs aer frigidus habeat intus et expellat  
inde q tā intensus et fūolus fact⁹ est q ad ca-  
loris nō ualet tparentū. Raritas autē subē  
pulmonis adh facit qm aer nō solū penetrat  
in arterijs ipius. sed etiaz penetrat in subām  
carnis eius. hanc igit attractionē aeris duo-  
bus pfecti motibus et duabus qetibus sicut  
iam in hīs que de inspiratione et respiratio-  
ne disputauimus determinatum est. ¶ Una  
enim quies aeris attracti est in pulmone in-  
cidens inter inspiratum et expirati aeris mo-  
tum et altera eiusdem est extra inter expira-  
tum et rulum attractum.

Similiter inter liscolem pulmonis et dyascolem est quies una, et dyascole facta ante liscolem itezata est quies altera et sic cum respiratio perficitur motu aeris et pulmonis eorum in perfectione eius quatuor motus et quatuor quietes necessario eo quod motus semper terminatur ad quietem quam est motus eius generis et non diuersus generis sicut omnium est in phabitis. Vitilias autem carnis pulmonis iam dicta est per replendo coniugat ramos arteriales et venales. Ramificatio autem utraque venarum trachee per et arterie, venalis est ut aer in eis diuisus dirigatur et ut etiam pulmo subtili sanguine qui in eis decurrit nutritur et albedo autem eius ex victoria acritatis in substantia eius. Albedo enim eius creatur ex multitudine dyascolae terminati conclusi in substantia coloris eius. diuisio enim pulmonis in duo ideo quod si fiat nocuumtum vni quod altera prestat auxilium respirationis et ideo sinistra in duo diuiditur et similiter dextra. Tercia, n. ala que inuenitur frequenter in dextra parte potius creatur ut sit subtracta vene percaue que dicitur uentre hinc et ideo illa non fert magnam auxilium in anhelitu. locus autem pulmonis est magis ad sinistram. quia cum sit ventillabrum cordis et cor declinet parum ad sinistram, oportuit etiam quod pulmo ad eandem partem declinaret. puniculus autem nervosus coopuit pulmonem ut sensum habeat aliquem per illum et percipiant nocuumta eius sicut iam in phabitis determinatum est. ipse autem pulmo subtrahitur est cordi leniens ipsum et eius tutamen exiens. De diuisione autem pectoris per longitudinem iam determinatum est. Similiter autem et determinatio eius super dyaphragma. Dilatato autem pectore per lacertos et musculos pectoris carnis, aer et eodem coactio expellitur sicut in folle fit qui bene dilatatus capit aerem et quando constringitur expellit eundem et sic fit anhelitus. Hec igitur de pulmonis anothomia dicta sunt, hinc igitur est dispositio canne et pulmonis et canna quid est via anhelitus non enim potest esse via cibi, quia in ipsa non intrat aliquid de cibo et quando intrat autem cicitur per tussim aut manens inducit mortem aut egritudinem magnam et longam que uocatur cronica in qua putrescit pulmo sicut est asma et phisis et huiusmodi. Cum igitur non sit via cibi oportet quod sit via anhelitus, ex omnibus autem ex hoc capitulo inductis non pertingit ad exteriora nisi anhelitus et ab ipso ordinata est phisonomia a phisio et paleone qui longe percesserant ante nos. Dicunt autem quod spiritus quiescens et ordinatus et medicus inter magnum et paruum quietem cordis et placatum hominem

nem significat. Sine causa autem suspirare est gemere profunde melancolia detentum et futurum maniacum demonstrat. Cum autem quiescat per tempus longum et ordinatus est et tandem cum angustia prodit estum et gemitum cogitatione et molestia detentum denuntiat et in preta alicuius mali positum, precipue si caput cum quaticatur circumuoluatur uel conquassetur. Si ante oculos intorquet cum gemitu per hinc se aliquid mali iam ordinare in animo quod cogitat qualiter opere completat. Spiritus autem cum zugitu quodam et cum narium dilatatione emissus feritatem et magnam iracundiam irrationabilem et impetuofam fertur demonstrare propter quod etiam in prouerbio vulgi dicitur de talibus quod spiritum habent in naribus quorum anhelitus est perturbatus et spissus. Ac si cursu uel angustia laborauerint impetuofus et iracundus sunt. Cum autem breuis et spissus est anhelitus et quasi interceptus et decidens timidus est et imbecillus. Qui enim cum gemitu et pulsus pietate quadam et clementia destituit amore heroys signatur esse detentus.

Lapitulum tertium de dispositione stomachi et intestinoz que sunt in ventre.

Sophagus qui ut supra diximus est os stomachi compositus post cannam in posteriori gule ut applicatur cum ea in loco precessionis circulum canne cuius quidam figura est sicut canna in una parte secetur contra dyametrum et quod abscissum est per gameno secundum planam concludatur superficiem et postea huic altera canna applicetur intertegza sicut enim sibi applicantur mery et trachea et de his satis in precedentibus diximus. Inicium autem mery siue ysofagi ex parte oris est sua radice ligumta quod pellit interior palati per dicitur ex anteriori pelle ysofagi et iter canam que dicitur et mery est pellicula subtilis non quod abies ea, sed coniungens et colligens ea ne ab iuice recedat et isti sunt puniculi qui ex mery procedunt ad epiglottim quam claudunt et apertum sic phabitu est. Sophagus autem uadit ad dyaphragma quod paries uocat, eo quod sic partes per nutritura diuidit a spualibus uocat et per longitudinem ad utraque istoz uadit mery. s. iuxta pietem pectoris descendit et per dyaphragma uadit ad stomachum cui coniungatur et ideo dicitur ap. quod uadit ad uentre stomachum. n. ad quem uadit est per uentre, creatur autem ysofagi est ex carne hinc est in duabus tunicis que sunt exteri et dilatari et phisio uult quod se in eis longitudinalibus et transversalibus ut perficiatur glutitio et uoluit, quoniam



est necesse sicut bene in antehabitis determina-  
tum est. Compositio autem stomachi et con-  
tinuatio eius cum mery et cum inferioribus  
intestinis non potest bene intelligi nisi nos h  
determinemus anothomiam stomachi et om-  
nium intestinorum ventris et nos quid iam de-  
terminauimus anothomiam mery et descensus  
et incuruationes eius usque ad stomachum et  
utilitates eius in precedentibus ubi etiam dixi-  
mus locum dyastlagmatis. licet etiam adhuc di-  
ximus modum substantie ipsius et utilitates.  
Dicamus igitur quod substantia stomachi est si-  
milis substantie nervorum et ideo dilatari et ex-  
tendi et constringi potest et artari. Rotunda autem  
figura est superius ubi mery siue yfophag<sup>o</sup>  
cum ea continuatur et ille idem locus est ubi ue-  
lumen quod est dyastlagma superius attingit. in-  
ferius tamen ampliat eo quod cibus residet infe-  
rius et ille vult habere locum amplum et ibi etiam  
est carnosus ut carnositate sua aliquid auxilium  
prestat calori digestiuo. Rotunditas figure  
tam in expressis scitur magis esse idonea ad  
minus lesionis sustinendum ab his que extrin-  
secus et intrinsecus incurrunt in eum et est idem  
quia h figura capacior est et quod euacuandum  
est ab eo non inuenit angulum in quo constri-  
gatur. versus autem dorsum dilatatur ut melius dor-  
so et comodius aptetur et insidiat. Est autem ex  
duabus tunicis. quarum interior longitudinali-  
ter habet uillos ad motum attractionis perti-  
nentes. exterior autem habet uillos latitudi-  
nales congruos impressioni et expulsionis lon-  
gitudinalibus autem uillis in tunica intrinseca  
permiscuntur uilli transversales siue transuer-  
saliter descendentes qui adiuuant ad retentio-  
nem attractorum per h que sunt prohibentes  
redditis cibi et extenduntur cum longitudi-  
nalibus. Modus autem motus et operationis  
horum uillorum superius est expositus. hunc  
autem tertium modum uillosum non habet me-  
ry eo quod non est ad retinendum quod est in ipso  
uilli autem transversaliter descendentes non  
sunt in exteriori tunica stomachi eo quod illa est  
principaliter ad expellendum nociuum et non  
ad retinendum. Tunica etiam exterior plus  
habet similitudinem cum neuosa substantia  
quam intrinseca et interior est carnosior quam extri-  
seca. quia exterior obuiat membrum duris. ex-  
teriorius incidentibus in ipsum et interior susci-  
pit mollia que caliditate habent digerere. am-  
plius autem os superius eius plus est ner-  
uosum alijs partibus et aduenit ei ex cerebro  
nervus qui dat ei sensum ut sentiat suam ina-  
nitionem tempore famis ut excitet desiderium cibi.

calor. n. pungit ipsum qui est inane. et h non  
competeret alijs partibus ipsius. quia si essent  
ad hunc sensum non desiderarent cibum antequam  
nihil esset in stomacho et tunc nimia esset eua-  
cuatio et corpus aresceret. Iste ergo nervus  
sensibilis descendit ab alto de fonte sensibili-  
tatis propter causam dictam et una inuolutio-  
ne reuoluit super mery in propinquitate om-  
nis stomachi deinde continuatur etiam cum sto-  
macho superius in loco rotunditatis eius in  
loco rotunditatis superioris stomachi sup-  
ponitur. n. una uena magna procedens in longi-  
tudine ipsius et emittens in ipsius ramos plu-  
rimos qui ligantur cum ipso et diuiduntur in ra-  
mos subtiles constitutos in ordine uno et si-  
militer adheret ei arteria de qua superius di-  
ximus et procedunt ex arteria rami sicut ex  
uena et immittit utraque uena et arteria super  
reflexione syphac et contextit zirbum ex sum-  
me eorum de quo superius diximus. Amplius  
autem stomachus digerit tam caliditate sibi  
innata quam in caliditatibus acquisitis a corpo-  
ribus que ei vicinantur. Epar enim suppo-  
nitur dextre parti eius desuper. illic enim ro-  
tundatur et ideo apte supponitur ei symea epa-  
tis et comprehendit eum additamentis suis  
sicut digitus quibusdam. Splen autem supponi-  
tur eidem uersus sinistram elongatus aliqua-  
tulum a dyastlagmate. Si. n. ambo tam splen quam  
epar supponitur ei nimis grauaretur. Lum autem  
epar sit magnus ualde. ut caput stomachi  
declinaret aliquantulum ad sinistram dando lo-  
cum ampliore epati et ex h sequitur quod coagularet  
et implet sinistram partem superius. cum autem epas  
magnitudo non implet inferiorem ventris. sed superius  
partis est ut fundus stomachi recuruetur iteque ad dex-  
tram implendo spacium ad quod non descendit epar et  
ex h dilatatur locus splenis a sinistra parte sub  
stomacho additum autem est in eo ab anteriori et super  
oia intestina et zyrbum et myrach et syphac pro-  
pter causam quam supra determinauimus ubi diximus  
de suba et utilitate et modo uelaminum predictorum.  
h. n. oia iuuant ad calefaciendum stomachum et reti-  
nendum calorem in ipso. Adhuc autem in inferiori par-  
te stomachi est foramen cui continuus est autem  
intestinum quod ideo uocatur duodenum quia .xii.  
digitorum latitudinem habet sua longitudo  
latitudinem in digitis ipsius accepta cuius est  
intestinum. Foramen autem illud stomachi  
uocatur pcanarius propter sollicitudinem p-  
canarum que inuenitur in ipso est enim stric-  
tum quam superius foramen quod uocatur os stomachi  
et est transitus eius quod digestum est et corruptum  
et iterum eius quod prius est proprium. Iste. n.

meatus clauditur fortiter usq;quo complet  
 digestio, aut usq;quo corruptus sit cibus p  
 aliqua causam indigestionis. deinde aperit  
 usq;quo compleat expulsio. Amplius autē  
 stomachus tali modo existens ut dictum est  
 nutrit ad conseruationē sue substantie indi-  
 uidue. tribus modis quorum primus est q  
 fouet et uegetat subtiliori cibo adhuc in eo  
 existente. Secundus aut est per sanguinem q  
 ad ipm uenit per uenas que dirigunt ad ipm  
 ab epate sicut dictum est in anothomia uena-  
 rum. Tertius autem est per id qd ad ipm re-  
 dundat effusum ex epate uehementis famis.  
 h enim est sanguis rubeus purus qui tūc nu-  
 trit ipsum. hec igit de stomacho dicta sunt a  
 nobis. Sub stomacho aut ordinata sūt sex  
 intestina quorum plura sunt ualde longa et  
 multis reuolutionibus inuoluta. huius aut  
 causa est q cibus quidem transiens p stoma-  
 chum et intestina attrahit ab orificijs uenarū  
 a symea cōcaua epatis ad stomachū et intesti-  
 na directarū que miscaice uene uocant. et non  
 attrahunt orificia eorū nisi qd tangunt et qd  
 laiet de puro cibo in pfundo intestini et nō  
 tangit ab orificio uene. aut impossibile est ut  
 trahi totum et ideo sagax ordinator nature  
 ordinauit multa q in primo orificio uena-  
 rum non tangit. tangat in alto. ordinauit lo-  
 ga ut q in vna parte non attrahit in alia tra-  
 hatur ordinauit etiā inuoluta ut q in vna p-  
 te de cibo est in pfundo circa centrum intesti-  
 ni etiā in altera etiā inuolutione per angu-  
 lum ad que impingit conuertat ad ipius py-  
 feriam et sugat a miscaice. Ex hys aut sequi-  
 tur q cibus manet diu in transitibus istis. et  
 ex hoc duo consequit homo vnus quid qd  
 non semper est sollicitus p cibo sicut anima-  
 lia que curta et recta habent intestina a qbus  
 cito separat cibus etiam indigestus. Alterum  
 aut est qd non continet et fede eicit ster-  
 cus per partes sicut alia qued alia. sed stat et con-  
 gregatur in inferioribus intestinis usq;quo  
 hora competentē et loco congruo simul ei-  
 ciatur. Sex aut intestina sunt ista. primū co-  
 zum uocat duodenum. secundū aut ieiunium  
 et tertium longum qd uocat subtile et inuol-  
 lutū. quartum aut est id qd uocat orbem et  
 alio nomine monoculū. quintum aut est qd  
 uocat colon grece nomine. Sextū aut est qd  
 uocat rectū et h est ex tali qd est et ani fite-  
 ris intestinum qd quid longaon uocat. omia  
 aut hec intestina vnūquodq; in situ suo liga-  
 ta sunt cum dorso cū ligamentis et uelamini-  
 bus eorū stringentibus ea q non moueantur

a sitibus suis sicut superius diximus de tri-  
 bus uelaminibus eorū et superiora omnium  
 eorum sunt subtilis substantie ut posset ad ea  
 penetrare calor et uirtus epatis conferentis  
 eis uirtutem digestiua. h tamen plus est in su-  
 perioribus q; in inferioribus. Adhuc autez  
 non sic est de substantijs eorū sicut de substantia  
 mery et stomachi qm omne qd transit p ista  
 intestina subtiliatum est et mollicatuz. et nō  
 timent q purgantur duricie alicuius transe-  
 untis per ea et iō cōuenientius fuit q essent  
 de substantia subtili et tenui. et hoc iterum te-  
 nent in eis que sunt superiora. Inferiora. n.  
 incipientia a monoculo sunt grossa spissa pi-  
 guis intrinsecus ut possint resistere feci que  
 in illis est acuta et frequenter indurata. r. qui  
 balica non enim induratur in eis. nisi prop-  
 multitudinem exsuctionis et consumptionis  
 humiditatis in longo transitu et corrupi-  
 tur in eis eo q in eis separata a puro aut in  
 toto aut pro maiora parte et non remanet  
 nisi impurum corruptum. In superficie aut  
 superioris non est pinguedo cum non sunt  
 sine glutinoso et uiscoso humore intrinsecus  
 et hoc sufficit eis loco pinguedinis. Primum  
 autem intestinum quod inferius continua-  
 tur ad pcanarium stomachi est duodenum.  
 et hoc quasi in omnibus opponitur mery.  
 nam sicut mery non est nisi ad attrahendum  
 ad stomachum superioris. ita istud econtra  
 non est nisi ad expellendum a stomacho infe-  
 rius est autem strictius q; mery. Due. n. sunt  
 cause quare conueniens fuit ut mery dilataretur.  
 quarum vna est quia res dure et grosse  
 penetrant per ipsum quibus lederet si nō esset  
 dilatatu extra aut qd penetrat p illud est leue  
 molle mollicatū digone stomachi et pmix-  
 tione hūiditatis que infusa est in stomacho.  
 alia at ea est qā trāscūta p mery patiunt ab  
 vna tm stute nafali et h est attractiua q;uis  
 h adiuuet actibus uoluntatis que aperiant  
 uia et masticant cibū et dilatāt uia p hyatum  
 Ecōtra aut id qd penetrat in duodeno patit  
 in duabus uirtutib<sup>9</sup> naturalib<sup>9</sup> quaz vna est  
 expulsiua que est in pcanario et uillis stoma-  
 chi. Et altera est attractiua que est in primo  
 duodeno et duab<sup>9</sup> istis stutib<sup>9</sup> magis cogit  
 ire p strictū q; id qd uadit p mery. hāc. n. trā-  
 sitionē etiā adiuuat sex sua lubricitate ppter  
 quā facilis sit transitus ipius p meatum tem-  
 pate amplitudinis. Adhuc aut mery est sicut  
 pars qued stomachi equal ei in ppositione  
 ex duabus tunicis. Istud aut est sicut res alte-  
 na adherens stomacho p diuersitate tunicarū

ex quibus componitur et hoc est quia indiget attractione forti et fortiori quam aliquod aliud intestinum. quia merum fortissime attrahit. et ideo etiam latitudinalis villus venit in ipso. Sed in isto intestino quod est rectum multum apparent villi longi eo quod indiget illud intestinum maxima attractione ex stomacho ut exprimat et expellatur de stomacho quod est in ipso digestum. paucos enim villos latitudinales habens inobediens est attractioni et ideo etiam fuit amplum factum magne concavitatis respectu sue substantie. Create sunt autem in hoc intestino tunicellae ut non cito inhibatur corrumpentibus ad corruptionem enim est preparatum uelociter ex hijs que egrediuntur per ipsum. Rectum autem ideo est ut cito descendat ab ipso id quod est in ipso ne obduretur peranarius stomachi. Adhuc autem rectitudo sua admittit spacium a dextra et a sinistra corporibus que sita sunt sub stomacho sicut quedam portio epatis locatur ab eius dextro et splen locatur ab eius sinistro et reliqua etiam intestina per reuolutiones suas declinant ad spacium illud. Superius autem diximus quare uocatur duodenum. Amplitudo autem eius tanta est quanta est amplitudo percanarij. Pars autem intestini sterilis quod sequitur duodenum. uocatur ieiunium et in hoc intestino incipit inuolutio. primo autem uocatur ieiunium. quoniam ut in pluribus semper inuenitur uacuum in omni animali mortuo uel interfecto huius autem duplex est causa. una quidem quoniam in nullo tantum est de miscaicaru peranarum orificijs sicut in ipso et post ipsum in duodeno et ideo non attrahitur totum quod de kylocibali est in ipso ad epas propter propinquitatem quam ad epas habet et hoc est in intestinum quod propter exsiccationem miscaicarum constringitur ualde et diminuitur in egritudine. Alia autem causa est quia corpus quod dem fell deriuatur ad hoc intestinum et ideo impurum quod remanet post exsuctionem miscaicarum acuitur ad expulsionem et expellitur cito ad inferius intestinum per porum fellis in pluribus remanet intestinum uacuum purum est fel non mixtum tota amaritudine sua conuersum ad ipsum pingit ad expellendum et ideo dicitur ieiunium. Post ieiunium autem intestinum continuatur intestinum longum inuolutum habens unam reuolutionem post aliam. Lusus causam superius assignauimus et hoc postremum intestinum superiorum que gracilis siue subulsa uocant

in quibus completur digestio plusquam in inferioribus que grossa uocantur. principalis enim operatio intestinorum inferiorum est stercoris preparatio ad exeundum. et secundaria est ad digerendum. et ideo quedam miscaice diriguntur ad quedam eorum. licet non tot sint ad superiora eo quod principalis operatio superiorum est digestio. et secundaria est expulsio. Quia inuolutio ab interiori continuatur uocatur monoculum et causa nominis est. quia non habet nisi unum orificium et ideo est sicut kystis quedam in qua cum quis uoluerit accipit quod reposuit. quoniam per idem foramen intrat in ipsum cibus una hora et exit in alia. utilitas autem intestini est maxima ad duo quorum unum est principale et naturale. et alterum est secundarium et ad bene esse hominis ordinatum. principale quidem est quoniam cibus est duplex in stomacho et unus quidem cito obedit digestioni et ille statim dirigitur et subiungunt alium qui quidem digestibilis est. sed impeditur alio citius digestibili et forte aliqua stomachi humiditate superflua. Lum ergo primo digesto expulsio fit a stomacho expellitur et unum et aliud et illud quidem quod indigestum remansit non accipit moram in qua stet in aliquo trium intestinorum dictorum ut compleatur in ipso digestio et ideo factum est monoculum quod habet comparisonem ad inferiora duo intestina eandem quam habet stomachus ad tria predicta que sunt duodenum ieiunium. et inuolutum propter quod licet nulla miscaicaru protendatur ad ipsum tamen ad collum ueniunt et sugunt id quod iam in monoculo digestum est et ideo etiam situm est uersus dorsum declinans ad dextram ad epatis uicinitatem ut ab ipso uirtutem digestionis accipiat. Secunda causa non principalis est ut congregetur in eo stercus. ad simul dimittendum sicut iam ante diximus. Quidam tamen errantes dixerunt quod utilitas huius intestini est quod mundificat epas. Et ideo dicunt uenas non esse protensas ab epate nisi ad ipsum. utilitas autem eius est congregatio stercoris. quia si totum simul ueniret ad sequens intestinum timor esset quod colicam induceret passionem. Oportet autem scire quod hoc est intestinum quod frequentius descendit in ruptura tum propter pondus fecis eius propter hoc quod non est ligatio ad superiora membra per miscaicas uenas et ideo pondere fecis frequentius grauatum descendit cum monoculo autem inferius continuatur

et intestinum quod uocat colon grece a coli  
 ca passione que accidit in ipso. Est aut istud  
 intestinum grossum spissum et cum elongat  
 a monoculo declinat ad partem dextram con  
 uenienti declinatione ut sit propinquo epati.  
 eo q̄ sit ab ipso aliqua successio nutrimenti  
 per misfaycas que ueniunt ad ipsum. deinde  
 declinat ad dexteram partem ad posteriora d̄  
 scendens continuat cum intestino recto et cu  
 pertransit splenem coartatur et stringit et hac  
 de causa prohibetur expulsio uentositatis in  
 eo qui habz apostema splenis eo q̄ splen tuc  
 non comprimitur super ipsum adiuuans ex  
 pellendum. utilitas autem hui⁹ intestini e ag  
 gregatio et gradata ordinatio ad expellendu  
 postq̄ subtiliter perferitate fuerint misfayce  
 si sit in eo aliquid de cibo. Intestinum autem  
 ultimum quod rectus siue longacon siue poi  
 dex uocatur continuatur cum colon inferius  
 et hoc quidem ideo rectum uocatur quia re  
 cte descendit ad sicerim siue ad anum et con  
 tinuatur cum ipso. Innititur autem descen  
 dens super dorsum et ampliatur in aliquib⁹  
 ad similitudinem stomachi et precipue in in  
 feriori parte. utilitas autem eius est expulsio  
 fecis extra corpus et parauit ei natura qua  
 tuor musculos et quatuor lacertos quibus  
 constringitur et aperitur pro uoluntatis ar  
 bitrio sicut diximus in musculorum anotho  
 mia. Rectitudinis autem eius causa est ut fez  
 ab eo facilius expellatur. Adiuuant aut ipm  
 ad expulsionem etiam lacerti qui sunt super  
 uelamen et est myrach qui sunt lacerti. Doro  
 autem intestinozum omnium nullum moue  
 tur omnino nisi duo. s. primum qd̄ est mery  
 quod est quasi os et guttur aliorum et ulti  
 mum qd̄ est rectum qd̄ est aliorum secessus.  
 omnibus autem istis intestinis adueniunt re  
 ne ab epate nutrientes eas preter misfaycas  
 que exugunt ex eis que tamen misfayce non  
 ueniunt ad ultimum sicut nec ueniunt ad me  
 ry adueniunt etiam nerui a cerebro plures q̄  
 dant ei sensum. Nec igit a nobis dicta sunt d̄  
 viscerum anothomia et utilitatibus eorum.  
 In his autem intestinis et dispositionibus  
 eorum que coniuncta sunt eis venter homis  
 uentri canis in multis assimilatur q̄uis sit la  
 tior. eo q̄ homo est lati corporis scdm natu  
 ram et venter enim sicut diximus in parte pri  
 ma que est stomachus exit intestinum rectum  
 quod parum est tortuosum et hoc qd̄ uoca  
 mus duodenum qd̄ pcanario stomachi con  
 tinuatur et illud est latum ampliatum ad qua  
 titatem pcanarij et h̄ assimilatur illa pars bo

minis in uentre. venter porci latus enim est in  
 illa parte sicut venter porci et pars ultima ve  
 tris que longacon precedens ad exitum ani  
 est breuis respectu aliozum intestinozum et e  
 spissa et recta et ampla sicut diximus. Sepu  
 uero quod zirbum uocatur applicatur me  
 dio ventris cooperiens et constringens visce  
 ra et replens uacuitates que sunt inter reuo  
 lutiones eorum et creatio illius est extensa  
 super quam est sepum siue adeps siue pingue  
 do sicut et in alijs est animalibus que non ha  
 bent nisi vnum ventrem hoc est nisi vnum in  
 testinum rectum uel inuolutum sicut sunt ea  
 que sunt aquatica et pisces multi. h̄ enim ma  
 gis indigent pinguedine tali ut contineatur  
 in eis calor cito digerens eo q̄ parum mora  
 tur cibus in eis et ideo illa respectu suorum  
 corporum magnam habent pinguedinem in  
 intestino illo sicut lucius et pea et salmo et p  
 cipue sturto et multi alij pisces. Nec autem  
 conuenit animalibus que habent dentes in  
 utraqz mandibula. Animalia tamen duplici  
 ter vnum ventrem dicuntur habere. vno qui  
 dem modo predicto. Alio quidem modo q̄  
 non habent monoculum intestinum in quo  
 est secunda digestio cibi. vnum solum ventrem  
 habere dicuntur. quia cum geminatur offic  
 um ventris dicitur geminari et venter. Su  
 pra autem hoc intestinum est intestinum co  
 lon dictum quod est mediocre eo q̄ stringi  
 tur esse dicimus sinem eius ut fez detineatur  
 quousqz ex sugatur quod in ipso est de nutri  
 mento et hoc est simile tele propter carentias  
 uillorum et est latum siue amplum in parte  
 prima ubi continuatur cum monoculo et est  
 spissum et precipue ubi applicatur per misfal  
 cas cum vena magna que ramificatur ex sy  
 mia epatis et illa parte ueniunt ad ipsum qui  
 dem rami arterie quem orthij superius nomi  
 nauimus et sicut in uentre etiam et intestinis  
 eius vne multe spisse et nerui qui ueniunt ab  
 epate et cerebro et descendunt deorsum ad in  
 testina propter utilitates quas deterninaui  
 mus. h̄ igitur quam diximus esse dispositio  
 nem ysophagi et canne pulmonis et ventris  
 et intestini qd̄ continentur in ipso.

Capitulum quartum de dispo  
 sitionibus cordis et eius ano  
 thomia et modis in quo etiam  
 d̄ pulmone et dyaphragmate et pa  
 niculo cordis.

Dissequenter autem dō corde nobis  
uidetur esse dicendum. Dicimus igitur  
quod cor quidem creatus est ex car-  
ne dura et forti ut per hoc magis resistat al-  
terantibus et nocuentis eo quod in ipso est prin-  
cipium uitae. Sunt autem in ipso omnes uiloz  
diuersitates contexte longitudinales quidem  
attractiu et latitudinales expulsiui et trans-  
uales recentiu ut per eas omnis percipet spes,  
motuum uitae. Amplius autem cordis quidem  
quantitas proportionata in tribus corpori ai-  
malis uidelicet secundum illam compositionem est  
paruum sicut omne principium quod ad omnia alia  
habet influentia sue uirtutis est paruum quan-  
titate et magnum uirtute. Secundum autem est quod  
proportionat arterijs que oriuntur ex ipso et pan-  
niculis qui suspenduntur ex ipso et propter illud  
est dilatatum in basi ut hic sufficienter oriri pos-  
sunt ex eo ut non grauetur superflua quantita-  
te propter continuas eius dyascoles et siscoles  
Tercium autem est quod proportionat pectori et pul-  
moni et tanta eius mensura que et in pectore  
sine officio lesione possit locari et a pulmone  
sufficienter euentari. Ex hijs tribus consequit  
quod non sit magne quantitatis et superflue, locat  
autem in loco ipsius alte ab ossibus ne tactu  
duro in percussionibus suis ledat. Alia autem  
pars pertendit uersus ossa, quia ubi non nisi  
in puncto ledi poterat et eiu dem lesionis non  
est causa eo quod motus eius proprius non est  
in parte illa. In illa parte est durius ut ipsa du-  
ricia sua resistat nocuentis. Adhuc autem  
figura cordis est pinealis ut motus eius qui  
est in uentribus basis eius apte procedat ab  
uno indiuiso et referat ad id. Amplius ordi-  
nauit natura panniculū circa ipsum qui licet sit  
dura natura panniculorum. In est fortior et durior  
omni alio panniculo corporis ut ipse sit ei tu-  
tamen et clipeus circa incurrentia quelibet et  
hic quid panniculus nusquam tangit eum nisi in  
loco ubi oritur ex ipso et hoc est unde oriuntur  
arterie ex quibus etiam tunicis uidetur esse con-  
textus. In alio autem loco non tangit sed con-  
gruo spacio sepatur ab eo. ut in ipso dilatari  
ualeat et constringi. locus autem basis eius est  
quasi sit ex cartillagine dura ita quod quicquid idu-  
rat ad ossis naturam et precipue in quibusdā alijs  
alibus ab homine et hic sit ut fortius loceat in  
ipso et cartillago mediet inter ipsum et ossa pe-  
ctoris ne ledat. Adhuc autem cordi in lato siue  
amplo ipsius facti sunt tres uentriculi et me-  
dium illoz apud. quid uocat medium thalamum  
in quo sicut dicitur completur nutrimentum. Gal.  
autem dicit hunc medium foueam non uentriculum

et sunt meatus plures et rē inter ambos ven-  
triculos qui subius in basi dilatantur in cor-  
dis ampliatione et constringit paulatim in  
cordis altitudinem ascendendo intrinsecus tā  
ipsi quā etiam ipsi uentriculi cordis. Adhuc au-  
tem basis uentriculi sinistri altior est quā basis  
dextri et hoc ideo est quia dexter uentriculus  
respicit epa unde mittitur et sanguis grossus  
et grauis de quo arterie et spiritus nutrire non  
possunt. et ideo oportet quod per medium ascen-  
dendo subtilietur et spiritalior fiat ad nutri-  
mentum spiritus et arteriarum propter quod  
etiam a sinistro cordis uentriculo arterie ori-  
untur. Non enim potest esse quod sanguis sub-  
tilior et spiritalior ex quo generatur spiri-  
tus altior locum non requirit. ex dictis  
autem consequens est quod sanguis qui est in me-  
dio thalami sit medius in subtilem et grossū.  
Talis proportio est ad inuicem cordis ven-  
triculorum. et hinc etiam est quod os subtilioris  
sanguinis est strictus et os grossi et amplius.  
Adhuc autem duo additamenta sicut due au-  
res apparent in corde unum quidem in sini-  
stro et alterum in dextro uentriculo que sunt  
tenua et rugosa cum constringitur et densa  
quando dilatatur et sunt dura. hanc enim sunt due  
arche que recipiuntur. in uno quidem recipi-  
tur sanguis qui trahitur ab epate et in altero  
recipitur spiritus qui trahitur a pulmone ut  
mixtae ulterius ministrent cordi ut non ge-  
neretur ex nimietate autem etiam deficiat ex  
imminutione ut dure sunt ut etiam non facile  
recipiantur nocuenta tenues ut bene obediunt  
motibus et constrictionis et dilatationis. Am-  
plius autem situs cordis est in medio. eo quod  
locus ille est temperantior et a nocuentis tu-  
tior. Sed declinat parumper ad sinistram. ut  
det locum epati quod est in dextro. licet enim sple-  
n sit in sinistro. tamen splen non est ad hoc nobi-  
le membrum nec tante quantitatis sicut epa  
Et ideo potius cedendum erat epati. huius  
autem et alia est causa est naturalior ut scilicet  
frigiditas sinistri lateris que ex splene tem-  
peretur. Adhuc autem ideo declinat ad sini-  
stram parumper ne comprimatur uenam con-  
cauam que inter ipsum et epatis gibbum per-  
tenditur. Omnis autem calor principalior  
et uirtus est ex corde et in dilatatione sua nu-  
tritur cum omnibus uirtutibus suis natura-  
libus. et ideo siqua animalia magni cordis  
sunt et cum hoc timida prouenit ex frigiditate  
que sanguinem ad cor recuzrentem cale-  
facere non poterit ut talis est lepus. Si qua  
autem paruorum cordium sunt audacia pro-



certo sunt calida uebementer et sanguis qui ad cor uenit citius incalescit et cum spiritu excutitur ad membra et calefacto corpore pro uocat audaciam et tale animal est quod habitat in segitibus fuluū et uarium in facie nigris maculis quod apud nostram linguam hamester uocatur et est maius raptio et minus captio breuia habens crura et est audax et mordax ualde tamen illa in pluribus sunt audacia que sunt magni dummodo proportionatus sit calor cordis quantitati et sanguini. Amplius autem cor non tollerat nocumentum aliquod ut apostema aut vulnus et hoc signum est quod in nullo alius inspectorum cor lesum inuenit sic inueniunt lesa alia membra antequam ueniat nocumentum ad cordis substantiam moritur animal. Aliquando enim inuenitur in cordibus magnorum animalium os magnum et forte inuenitur in quibusdam hominibus et hoc os est declinans ad naturam cartillaginis et induratur sicut supra diximus et durius quod inuenitur est in corde elephantis et eorum que apud nos inueniuntur durius est in corde cecui et bubalozum generibus. Jam autem uisum est cor symei masculini habens duo capita siue acumina et hoc fuit unum de nature mirabilibus quonia cum cor sit principium formationis totius corporis a principio quod debuerunt esse symei. sed tamen natura defectit in omnibus que principiari debebant et non suffecit nisi ad unum et ideo statim conclusa sunt in unam basim cordis et cetera omnia ut ad unum redacta sunt ad basim illam. Amplius autem de proprietate cordis est quod per tempus adhuc persistat cum aufertur ex animali interfecto et animal cuius cor diutius pulsatur extractum ex his que sunt apud nos. est salmo piscis. quia sub uno corde pulsante uendunt piscatores plures salmone per partes incisos decipientes quasi recentes demonstrant. ex hoc pulsante corde. errauerunt autem dicentes cor esse de natura lacerti quous enim sit similis in membra lacerto ex musculo tamen nec locus lacerti certus est nec musculus huius autem signum est quia motus eius non est uoluntarius. sed uoluntarius qui coticus grece uocatur et subiectus necessitati. musculi autem et lacerta infra sunt uoluntarius motus. hinc ergo a nobis dicitur anothomia cordis dicta sunt. In omnibus autem animalibus octo sunt que cordis signant dispositiones naturales et accidentales et hec sunt pulsus anhelitus foramina pectoris ea que nascuntur supra pectus tactus corporis et accidentia eius mores uirtus corporis debilitas

eiusdem et ymaginationes siue meditationes Pulsus quidem quoniam uelox magnus et frequens pulsus cordis significat caliditatem et horum contraria cordis declarant frigiditatem. Leuitas igitur pulsus cordis significat humiditatem. Duricies autem eiusdem dicit siccitatem. Anhelitus autem magnus quidem frequens uelox et calidus cordis calorem et prius dicit eiusdem frigiditatem. Pectus uero magnum et latum et amplum si non sit cum magnitudine cerebri que facit magnitudine capitis et miche et spondilium et costarum. Sed cum paruo et mediocri capite et forti pulsu significat cordis caliditatem et prius huius significat frigiditatem ipsius si non sit paruitas capitis impediens. Pili et precipue qui sunt plurimi et crispi cordis significant caliditates aut humiditatem. Nuditatis autem pectoris et paucitas pilorum dicunt cordis frigiditatem aut siccitatem. frigiditatem quidem ex priuatione caliditatis facientis fumum ex quo generantur pili. siccitatem autem propter defectum fumantis. Tactus autem corporis quoniam calor totius corporis in tactu significat cordis calorem nisi resistant splen et epas frigida facta sua frigiditate. corporis autem frigiditas prius significabit duricies autem corporis cordis siccitatem. et similiter corporis mobilitas que non permittit hominem diu persistere in loco uno stando uel sedendo et contrarij hijs motibus significat frigiditatem nisi sit acquisita ex studio aut consuetudine. Corporis quidem uirtus et significat cordis uigorem et debilitas cordis debilitatem nisi sit ex lesione cerebri aut neruorum aut est fortitudo corporis significat equalitatem proportionis. et debilitas signat meliorem proportionem eiusdem et hoc causa est. quia substantia caloris naturalis et spiritus et sanguis prima est in corde ut inflamata nec fumosa. sed potius splendida et pura. sed accidentalem calorem in ipso significat uehementiam inflammationis et iram et iram aie ita quod quicquid perducit usque ad nocumentum aliquod anhelitus. Meditationes uero quoniam qui declinat ad gaudium sic fiducia et bona spes significat cordis fortitudinem et equalitatem proportionis. Meditatio autem que declinat ad sollicitudinem et se iunctiones ab alijs significat excessum in calore. Qui autem declinat ad timorem et tristitiam significat excessum in frigiditate ipsius. Tremor autem cordis non est certum signum nature ipsius. eo quod accidit ex multis causis que sunt multitudo sensibilitatis eius meditatio uapor aut timor et multa alia. os autem scilicet quoniam diminutio humiditatis naturalis que accidit in corpore primo nocumentum relinquit in corde et tunc alterat naturam et per se cordis

¶ De proprietate autem cordis est quod quando uenit ad ipsum calor purus aut frigus. purus statim post modicum moritur. talia enim non uult recipere nisi digesta in pulmone. Ex his igitur cognosci potest natura cordis. ¶ Ex omnibus autem inductis ut summam perstringamus dicta de corde patet quod cor habet tres uentriculos et est positum superius alius pulmone ut canna deferens aerem spiritum competenter ramificetur in duo et alterius in diuisiones pulmonis secundum quod congruit digestionis spiritus. Adhuc autem in corde exterius in circuitu est tela siue panniculus grossa et spissa et dura que oritur ad cordis loco ubi amplificatur ad basim ipsius ampliatum cum radice magne uene concaue que inter epar est et cor et cum arteria que oritur diximus uocari que est a sinistro cordis uentriculo et hec est pars cordis non est angustior et acutior inter uentriculos eius. quoniam nimis latus et amplius deputatus est ad recipiendum sanguinem ab epate. Sed non est in parte angusta que est in parte pyramidis et pars autem acuta que est punctus pyramidis eius est posita superius anterioris pectoris sicut diximus superius. eo quod illa durior est et resistentis nocuentis ossium. et non dilatatur et constringitur et hoc conuenit omnibus animalibus siue habeant pulmonem siue careant. eo quod pars eius acuta posita uersus anterioris pectoris. latet autem hoc in anothomia multotiens eo quod casus mortis declinat ipsam et transponunt. inferioris pars autem contexta inferior in basi ipsius altior est aliquantulum in situ ipsius quam acumen ipsius. Substantia autem cordis creata est ex carne spissa et dura propter causas quas diximus. et in duobus uentriculis eius sunt due uene concaue quibus et quieta in dextro ferens sanguinem. oritur autem et arteria uenalis in sinistro deferens spiritum et situs eius est in medio pectoris sed in homine modicum declinat ad sinistrum. Recedit enim modicum a pellicula distinguente inter mamillas aliquantulum de qua diximus quod uenit a furca colli diuidens pectus per longum usque super medium pulmonis. est autem in parte pectoris superioris. quia ubi nimis coangustatur cum pulmone sit in inferiori eius parte nec non est magnum nec longe figure ne grauetur superflua quantitate. sed declinat modicum ad rotunditatem pyramidis et sua extremitas anterior est stricta et acuta. Adhuc autem uentriculus sinister est magnus eo quod spiritus multus qui

est in ipso querit amplum locum. Dedit autem est mediocri et dexter paruus quoniam grossus sanguis uult strictum locum sicut omnia spissa et grossa corpora alia paruum locum occupant secundum naturam. medius autem uentriculus et ille qui paruus est in dextro cordis sunt perforati et habent in se uias quas superius diximus et aperturas maiores in dyascole cordis habet uersus pulmonem. et hoc magis manifestatur inferiori quam sicut uentriculus qui est dexter. Adhuc autem uentriculus maior qui est sinister applicatur maiori uene pulsanti que est arteria uenalis descendens in pulmonem et oritur de quibus superius diximus et hec uena per partem oritur ascendens applicatur in intestino quod mediocre uocat Ayl. et hoc est quod ieiunium uocatur et hoc diximus in anothomia arteriarum. uocatur autem hoc mediocre inter grossa anteriora et grossa inferiora. Anterior quidem autem stomachus et phagus posteriora aut monoculum et colon et longum et hec omnia partem ex his que dicta sunt de dispositione uentris propter triplicem enim compositionem intestinorum dicit Ayl. triplicem esse modum intestini et tria intestina et tres aliquando uocat ista uentres et ideo duodenum et ieiunium non distinguuntur ab ipso sicut neque monoculum et colon et longum distinguit ab inuicem. sed reputat eandem propter similitudinem compositionis. uentriculus autem medius in ea parte qua tangit sinistram applicat ad arteriam que uocatur oritur et arterie uenose eo quod a corde procedunt uie ramorum istarum uenarum ad pulmonem que ramificate sunt secundum ramificationem canalium pulmonis per totam substantiam ipsius. Ramificatio autem canne que trachea uocatur est super ramificationem earundem uenarum pulsantium ut aer apportatus per ramos canne digestus redeat ad ramos inferioris uene et aptus redatur cordi. Una enim uia uene concaue procedit ad profundum uie siue uentriculi dextri portans sanguinem et alia uia portans spiritum. procedit per arteriam uenalem ad profundum uie uentriculi sinistri. ¶ De uena autem uenali que maior uocatur et de uena que oritur uocatur et a corde ramificat. adhuc facimus in sequentibus libris sepius rememorationem. Amplius autem in pulmone propter raritatem est multum sanguinis. et plusquam in alijs membris animalium que pulmonem habent. cuius signum quia est ruber us cum tamen per naturam propriam sit albus

sicut supra etiam diximus. pulmo etiam est mollis carnis et inflatus spiritu qui est in ipso et habet vacuitates pororum parvorum et magnorum plurimas et in qualibet ala pulmonis sunt vae que proveniunt a vena maiori que venalis arteria vocatur. fuerunt autem quidam opinantes quod in pulmone non est aliquid sanguinis. eo quod videbant in pulmonibus non esse sanguinem et illi quidam non sciunt neque advertunt quod a mortuorum pulmonibus sanguis exit subito. eo quod non tenet a substantia pulmonis que rara est sicut retinetur a substantia aliorum membrorum solide carnis existentium. Non enim est membrum aliquod in corpore in quo sit tantus sanguis sicut in pulmone ratione quantitatis sue. preter cor solum. Sed sanguis qui naturaliter quidam est in pulmone non est fixus et retentus in eo. et ille quidem sanguis qui est ventriculi medij est subtilis et tenuis et clarus respectu eius qui est in ventriculo dextro. Sub pulmone est autem paries pectoris qui paries quidem ab epiglottali incipit et per latera secans corpus in duo continuatur duodecimo spodi dorsi et substantia eius est de natura panniculorum que est substantia nervosa et subtilitas eius est defendere spiritualia ne ledantur fumo grosso nutritivorum membrorum et adiuare etiam ad perfusionem stomachi quam tangit superius. Hec autem paries qui dyasflagma greco nomine vocatur est applicatus lateribus et costis ex utraque parte et ossi quod vocatur supinum colli. et hoc est illud medium os pectoris quod directe sub gutture descendit usque ad epiglottale quod est finis pectoris super ventris mediam lineam et in medio istius dyasflagmatis sunt partes subtiles ex quibus contexti et sunt partes nervorum et venarum ita quod textura pervenit ad modum creationis tele in eodem etiam sunt rene quiete et pullantes extense diverse sicut diximus in anothomia venarum. Paries autem siue panniculus in quo involuitur cor de quo superius fecimus mentionem est spissus et durus secundum compositionem ad dyasflagma et secundum compositionem ad telas totius corporis.

Capitulum quintum de dispositione et anothomia epatis et splenis et fellis.

Postquam de cordis dispositione locuti sumus oportet nos loqui de natura epatis quoniam in multis communicant cor et epar. Dicamus igitur cum in omnibus animalibus

habentibus epar. Epar est membrum generaliter sanguinem. Utrum autem faciat hoc per virtutem cordis in sequentibus libris istius scientie. scilicet in tercio libro inquiremus. misce tamen per virtutem epatis aliquantulum kylum conuertunt ad colorem sanguinis antequam ad symam epatis perveniat. Cum enim quodlibet membrum humorem cibalem in se tractum ad suam conuertat similitudinem in colorem sicut diximus in prehabitis. Epar autem sit rubra caro aut sit sanguis coagulatus. kylum a stomacho attractum in colorem sibi similem conuertit per digestionem. Est autem epar omnino vacuum a villis nervorum. sed procedunt in ipso vene que sunt principia carum que ramificantur ex ipso dispartite subius et supra sunt villi quibus sicut diximus in anothomia venarum quatarum et que a syma quidem procedunt dividuntur a vena que porta non est natur et sunt misce surgentes a stomacho et intestinis et cum succolitas ab illis trahitur est ad epar tunc epar decoquit eam in sanguine et per venam concavam que oritur supra gibbum eius emittit ea in totum corpus ad nutriendum ipsum et ab ipso gibbo mittit aquositate eius per duas emulgentes venas ad renes et hec omnia iam in prehabitis determinavimus. Symam autem epatis uoco concavum eius nisi insidet rotunditati stomachi. Gibbum autem siue gibbum eius uoco convexum eius rotunditatem que est superius in exteriori eius superficie. Spumam autem succolitas attrahit quam digerit que ebullit ut levis et intensa ex ipsa syma eius mittit ad fel et ad cistam fellis. Rotundum autem suum conuertit epar ad dyasflagma ut non tangat ipsum nisi in puncto ut non coartetur dyasflagma ex epate in suo motu qui est aliquando valde laboriosus et etiam exterius rotundus ut bene apte posse curvetur super ipsum. Epar autem tegit panniculus nervosus generatus ex nervo parvo qui venit ad ipsum ut faciat ipsum acquirere sensum aliquem quem admodum diximus in anothomia et ut liget ipsum cum alijs visceribus. venit etiam ad ipsum vena pulsabilis et aufert ei spiritum et sevat caliditatem et innatam et temperat ipsum cum pulsu. hec autem vena penetrat ad epatis concavitatem ut euentet illam quam gibbositas eius superior euentat satis motu dyasflagmatis. kylum etiam qui attrahitur ex stomacho et intestinis non attrahitur totus in unum spacium concavum epatis et vacuum. sed potius dispartitur in renis omnibus que sunt in epate

et ramis earum ut tota uirtus epatis magis possit super ipsum diuisum quā indiuisū et magis compleatur digestio et ut uelocius perficiatur. et ideo partes uenarum que sunt in epate subtiliores habent tunicas quā ille que sunt extra ipsum ut citius calor digestiuus penetret kylum et digerat ipsum. panniculus autē qui comprehendit separ ligat ipsum cum panniculis qui comprehenduntur ad stomachū et intestina ligamento fortissimo et ligat eum cum dorso collis et quedam etiam subtilia paruā ligant ipsum. ad diuersa continuat autem inter epar et cor. uena de quibus diximus in anothomia uenarum quietarum que utriusque descendat a corde in epar aut e conuerso descendat ab epate ad cor. uel forte in aliquo sit secundum intentionem. in sequentibus subtiliter inuestigabimus. Quodlibet. n. horum trium est a diuersis. hec autem uena etiam ingeniose ligata est cum epate. cum panniculo duro spisso penetrat enim hec uena super ipsum et subtilius quidem latus eius quod est a parte intrinseca eo quod ubi tangit membra subtilia. amplius autem epar hominis magis est proportione corporis hominis quā epar aliorum animalium quod aliquo modo accedit ad similem cum homine quantitate et omne animal plus comedens et debilius habens cor quā homo habet magis epar quā homo. Continuat autem inter stomachum et epar neru paruus et cōcantis eorum est propter apostemata que contingunt in eis ut sentiat nocuum sicut prius diximus. Adhuc autem primum quod oritur ex epate sunt due uene que te quarum una oritur in syme et huius utilitas fere tota est in attractione kylis ex stomacho et intestinis ad epar et hec est que uocatur a nobis porta in anothomia uenarum. Altera autem oritur a gibbo ipsius cuius utilitas est deferre nutrimentum ad membra et hanc concaua uocatur. Amplius autem epar habet additamenta que sunt aures aut ale epatis quibus apprehendit rotunditates stomachi sicut quibusdam digitis et manus inter hec additamenta est illud quod cōe nomen facit additamenti sibi propriū. hec autem additamenta non sunt cōiter nisi quatuor aut quinque. Non lateat aut nos quod non in omnibus hominibus fortiter comprimunt costas dorso quibus comprimant eas in quibusdam hominibus et hoc modo colligatur diuersis membris. eo modo etiam cōicat eis costas uidelicet et dyastigmati. Adhuc caro aut quid epatis nullum sensum habent. sed ille partes que de co

gunt panniculum sentiunt propter hoc quod in miscetur eis aliquid de panniculo neruoso et ideo diuersificat hec cōicatio et iudicium de epate in hominibus. Adhuc autem iam diximus in premissis quod generatio sanguinis est in epate. et in ipso sit separatio colere et melancholie et aquositas quandoque. aut destruitur operatio epatis in generatione sanguinis et aliquando destruitur non quidem in generando sanguinem. sed in separando eum a dictis humoribus. et aliquando destruitur operatio eius non in generatione sanguinis. sed in generatione sanguinis boni. Aliquando autem generatur impedimentum alicuius operationum non ex epate. sed ex membris que attrahunt ex ipso. Amplius autem in epate sunt omnes quatuor uirtutes naturales. Sed plurimum digestive uirtutis est in carne eius et plurimum aliarum trium uirtutum est in uillis eius. ¶ Dico autem uillos hoc modo quo determinauimus de eis in principio istius capituli et probabile est quod aliquid cuiuslibet uirtutis naturalis sit etiam in miscaicis. licet in hoc quidem quasi nostri temporis phylosophi sequentes Galienum contraxerint antiquis et dixerint eos errasse quod dederunt attractiuam et recentiuam miscaicis dicentes quod non sint nisi uie per quas sit attractio alterius. hoc est epatis uirtute. inducunt autem rationes dictis suis dicentes quod si haberent miscaice attractiuam haberent etiam digestiuam. hanc autem non habent cum cibus non moretur in ipsis quousque alterationem et completionem patiatur. Adhuc autem si haberent miscaice has uirtutes et quorum est conuenientia in uirtute eorum etiam conuenientia est in substantia ut dicunt. Nec autem sophistica et debilia sunt quoniam pro certo in meatibus multis est attractiua ut adiuuans cum tamen sit in epate sicut operationem complens. Est enim in mery attractiua cum tamen sit meatus et non est in eo digestiua nisi forte parue uirtutis de qua non est curandum. quia non est in eis uera digestio. sed est in eis ueza attractio et expulsio. Aliquando hi enim non recte considerauerunt ea que uidentur quod uidelicet quibus sensibilibiter conuertitur in miscaicis aliqua conuersione alterationis digestive. Non enim negandum est quando in illo in quo est penetratio et aliqua digestio. Nam scimus experimento in ore ipso esse aliquam digestionem. Adhuc autem in ore est aliqua digestio et attractio et expulsio. cum tamen sit membrum quod

velocitez euacuat. Adhuc autem non est cō  
 sequens q̄ eiusdem substantie sint que sunt et  
 usdem opationis nisi sit substantialis opatio  
 eorum. Quod si etiam concedat tunc p̄cer  
 to illi quibus epaz attrahit sunt de substan  
 tia miscaicorum et tunc miscaice eiusdem sunt  
 opationis cum epate. hec igit̄ de epatis natu  
 ra dicta sint a nobis. fel autem est cyllis per  
 dens ex syma epatis ad partem stomachi et  
 habet vnicam tunicam nervosam ⁊ hoc habz  
 orificium ad epar eo q̄ ipse kyssi eius ē me  
 tus siue porus attrahens humorem subtilez  
na aliorum animalium que a quibusdam radix cornu uocatur et tunc erit hec differentia q[uo]d cornua ceruo conuenientium animalium sunt terrestria calore fortissima ossa et ad naturam ossis accedentia. Cornua autem aliorum sunt humida et mollificabilia magis nature cartilaginosa uiscina et curuabilia sunt calido et mollificabilia et id[em] frigido aeris coagulata sicut scimus per ea que tradita sunt in methorum. Amplius autem nullum animal nobis notum mutat cornu preter ceruum et ceruo conuenientia animalia. hec enim mutant ea omni anno et eictio cornu est postquam fuerit biennis etatis animal et post mutationem aliam statim oriuntur. huius autem causa est quia cornua illa crescunt de superfluo nutrimenti terrestris et ideo crescunt continue et nisi mutarentur capita animalium ultra modum grauarentur. Et huius signum est quia processus etatis addit in quantitate cornuum ita q[uo]d etas animalis cognoscitur in cornu. Addit enim semper unum ramum quilibet annus et ego uidi cornu cerui quod habebat. xxi. ramos in una parte cornu et erat maximum. In alijs autem animalibus concava cornua habentibus etiam crescunt cornua sicut vngues in hominibus. sed in longitudine protenduntur et acuntur. ita q[uo]d etas eorum etiam in cornibus cognoscitur et emissio quidem unus anni in principio sui habet vngulas quasdam et post illas est cornu planum usq[ue] ad emissionem alterius anni et iterum ibi rugatur et hoc precipue apparet in cornibus magnorum bubalorum siluestrius que videntur apud nos uocantur quorum sunt cornua magna et excelsa ualde. omnia enim talia animalia non eiciunt cornua sua nisi per occasionem alicuius nocimenti sicut est lesio violenta uel apostema. Et huius causa est. quia incremento diminuuntur et acuntur et non ultra modum grauant pondere suo. hinc autem parti animalis nichil omnino respondet in corpore hominis. Quia non sunt in eo tales superfluitates neq[ue] indiget talibus armis. eo q[uo]d natura dedit ei defensionem manus et intellectu pro omnibus talibus sicut nos in sequentibus libris ostendemus. ¶ Amplius autem mamillarum situs et numerus diuersatur in alijs animalibus brutis quando mulieribus comparantur et similiter instrumentum siue organum coeundi in hominibus ab organo quo fit

saltus in alijs seze enim omnia saltando su-  
per dorsum feminarum suarum coeunt bru-  
ta animalia. Mamille .n. quorundam sunt in  
pectore aut prope pectus et scdm numerum  
quid non habent nisi duas mamillas siue du-  
os conos hoc est papulas mamillarum. Si  
forte habent ubera coniuncta et unita sicut et  
ouis et vacca et capra et huiusmodi. hec eni-  
nia enim habent unum uber ex quatuor ube-  
ribus aut ex duobus unicum propter loci et  
situs artitudinem. Mulier autem et elephas  
et lymea et huiusmodi conveniunt in nume-  
ro mamillarum quod quodlibet istorum ai-  
malium non habet nisi duas mamillas sicut  
dictum est. sed differunt aliquantulum in li-  
tu. quoniam elephas duas habet mamillas iux-  
ta subscellaria sua. et mamilla elephantis  
est valde parva respectu sue quantitatis eo qd  
siccum sit animal et magnum et diu lacte sicut  
convenienti et sufficienti nutrimento nutziri  
non possit et ideo non auxit naturara mamil-  
las nisi quantum sufficit recentis natis pro nu-  
trimento. Mulier autem magnas valde ha-  
bet mamillas respectu sui corporis propter  
causam oppositam. quia humidius et tener  
est infans et querit talem cibum et diu vult su-  
stentari per ipsum et ideo natura auxit ube-  
ra et lac in ipsis et distinxit ea ut amplius ca-  
perent. quia vero femina elephantis parva ha-  
bet ubera et subscellis ideo frequenter non  
apparent in utroq; laterum ipsius. Mares  
etiam elephantum duas habent mamillas p-  
pter causam quam diximus superius de ri-  
is. Quedam autem femine animalium ha-  
bent quatuor. et quedam duas et duos co-  
nos tantum siue papulas mamillas sicut om-  
nes pueri hominum. quedam tamen habent  
quatuor conos papula: um ita qd in utraq;  
mamillarum sunt duo coni papularum sicut  
vacce quarum uber ut diximus est ex dua-  
bus mamillis et dextra et sinistra coniuncta  
et unicum. Quedam autem habent mamillas  
in ventre et non sunt in pectore neq; subscel-  
lis aut prope loca ista. neq; prope coxas ut  
canes et porci et huiusmodi animalia sunt plu-  
rium conorum et papularum. Sed non om-  
nes sunt equales mamille eorum. et hoc est  
forte quia non omnes implentur. aut fere om-  
nes equantur quando equaliter suguntur a  
natis suis. Oportuit enim ut animalis plu-  
res facienti simul natos plures acceptarent  
mamille ut omnes simul lactare possent. eo  
qd natura facit optimum in unoquoq; gene-  
re. Talia autem animalia sunt multa valde se-

re enim quecurq; animalia sunt quadrupè-  
dia findentia pedes in multos digitos et cuius  
hoc habent dentes ferrales sunt multarum  
papularum et mamillarum. Sed in quibus-  
dam instantia est. quia femina leopardi que  
sehed grece dicitur habet quidam mamillas in  
ventre. sed non habet nisi quatuor ut in plu-  
ribus. Leena autem tantum duas in ventre.  
que non proportio nantur magnitudini cor-  
poris propter eandem profectam causam que  
dicta est de elephante. Leo enim calidum val-  
de est et siccum animal et diu alimonia alime-  
to lactis nutziri non potest. Lamellus autez  
habet duas mamillas et unite sunt quatuor  
conos habentes sicut uber vacce. Mares ve-  
ro animalium habentium solcas non habent  
signum mamillarum siue diversaz habent en-  
gulam sicut bos siue indiuissam sicut equus  
nisi similia sint huiusmodi animalia ma-  
tribus sicut aliquando accidit in equo et hir-  
co sicut diximus superius. Amplius autem  
penes organa coeundi multa inuenitur in ai-  
malibus convenientia et differentia. quoni-  
am quorundam masculorum virge sunt ex-  
terius prominentes et suspense et hoc frequen-  
tius conuenit ambulanti bus terrestribus.  
Quorundam autem virge sunt interius in  
ventre concluse et egrediuntur per foramen  
tempore libidinis. et hec frequentius sunt na-  
talia marina generantia sibi similia sicut del-  
phinus et ceterorum genera et huiusmodi.  
Cum enim instrumentum coitus oportet  
esse aut denudatum in prepucio. aut parue  
cooperture quod facile sit denudabile et sit  
ualde sensibile et nervosum periret frigore  
aque nisi retraheretur in ventrem. huius au-  
tem signum est. quia in hominibus qui fri-  
gore pereunt primus sensus nocimenti fri-  
goris mortificantis est in genitalibus. Et ideo  
fere omnes mortui frigore inueniuntur aut  
genitalia inuoluisse pannis aut habentes ea  
in manibus ad calefaciendum. Adhuc autem  
eorum que extra prominentes habent vir-  
gas et testiculos. quedam habent ista abso-  
luta a radicibus suis tantum suspensa sicut  
homo et pauca alia quorum virge cum pel-  
le que desuper est intrant in vuluas suarum  
feminarum. Quedam autem habent virgas  
per follem ad ventrem applicatas. Quia ali-  
ter non contingeret eis saltus. huius enim ap-  
plicatio dat proportionem directe tangendi  
vuluam femine. In his que saltu coeunt. ta-  
men in huiusmodi virgarum absolute et  
applicatiue differunt alia sicut plus et minus.



Virga enim canis anteriùs magis dependet  
 propozitione corporis sui q̄s virga equi uel  
 tauri. quoniam pulua eque et uacce est imme-  
 diate iuxta anum. sed pulua catule habet di-  
 stantiam ab ano tantam quantum est orbis  
 gibbositatis musculorum coxarum retrorsù  
 porrectarum et ideo in saltu canis non con-  
 tingeret si tantum ut equi uel tauz virga sua  
 constringeretur ad ventrem scdm hunc mo-  
 dum est differentia in testiculis quoniam te-  
 sticuli equi magis dependent q̄s testiculi por-  
 ci agrestis aut domestici et canis testiculi me-  
 dio modo se habent quecumq; enim sunt cali-  
 da ualde horum oportet magis dependentes  
 esse testiculos et precipue si cum hoc sunt hu-  
 mida et sperma ascendens ex eis in hora coi-  
 tus in complexione et meatu temperetur que-  
 cumq; autem oppozite sunt complexionis  
 oppozitio etiaz modo suspensos habent testi-  
 culos. hec autem sciri et colligi de facili pos-  
 sunt ex hjs que in primo libro de hominis  
 testiculo determinata sunt a nobis. Situs au-  
 tem uirge elephantis similis est situi uirge eq̄  
 sed parua est nonproporzionata suo corp̄e  
 porpter animalis siccitatem et eius testiculè  
 non sunt apparentes suspensi extra sed potius  
 sunt intra prope zenas. oportuit enim p-  
 pter iucitatem que in eis est sperma descende-  
 re ex uasis ad coitum et non ascendere. et q̄s  
 sunt intra testiculi est uelocis et breuis coi-  
 tus sicut omne animal aliud quod intra se ha-  
 bet testiculos sicut apparet in aulbus ponde-  
 rositas enim masculi non longum patitur  
 esse coitum. h igitur est situs uirgarum ani-  
 malium et diuersitas que est in modo ipsius  
 Amplius autem quia iunctura eicitur per  
 membra generationis consideranda est in h  
 usu conuenientia animalium et differentia.  
 Quedam autem animalia licet sint masculi.  
 na tamen mingunt ad posterius sicut leo et  
 camellus et cattus et huiusmodi. Sed gene-  
 raliter omnis femina animalium quadrupe-  
 dum mingit ad posterius nisi forte erecta in-  
 cedat aliqua feminarum sur et duos pedes.  
 sicut dicit Aucen. de quodam genere symea-  
 rum que sunt de genere quadrupedum. quia  
 potiore motum suum et uelociorem habet  
 super quatuor pedes. femine enim illarum  
 symearum si eriguntur aut sedent erecte min-  
 gentes pro certo mingunt anteriùs sicut femi-  
 ne hominis. Est autem consideratione dig-  
 num q̄ masculi quidam retrorsum mingunt  
 qui tamen anteriùs uersi coeunt sicut leo et  
 cattus. Oportet enim proculdubio q̄ in uir-

gis talium animalium sunt duo meatus in  
 una parte uirge coniuncte scilicet meatus sp-  
 matis qui disponitur ex uasis spermatis ad  
 ante et meatus urine qui disponitur ad po-  
 sterius eo q̄ collum uelice corum non tan-  
 git nisi radices uirge in eis posterius. Et ego  
 uidi hominem qui per duos diuisos mea-  
 tus uirge sue emisit urinam et sperma. Sed  
 ambo meatus protendebantur ad anteriùs  
 uirge. Amplius autem in creatione uirgarum  
 animalium est magna diuersitas. Quozun-  
 dam enim animalium uirga ex carne compo-  
 nitur ex substantia cartillaginosa et neruis et  
 penis sicut uirga hominis. Quorundam au-  
 tem tumescunt ex neruo cartillaginoso et nō  
 ex carne de qua sit curandum sicut uirga tau-  
 ri. Quozundam autem sicut camelli et cerui  
 sunt neruose ualde. Quorundam autem uir-  
 ge ex ossis substantia sicut lupus vulpis et  
 huiusmodi. Nemo autem arbitretur q̄ quā-  
 do dicimus ossiam aut cartillaginosam esse  
 uirgam intelligamus ueram aut cartillaginis  
 essentiam. sed potius in substantiam induri-  
 ce cartillagini et ossi scdm aliquid propor-  
 tionatam. et quecumq; est substantia uirge  
 oportet q̄ habeat medium in tactu propter  
 delectationis conuenientiam sicut et de denti-  
 bus diximus in primo libro.

Capitulum quartum de conuenien-  
 tia et differentia animalium penes  
 ptes superiores penes modos den-  
 tium sumpta et penes os et linguā.

Artes autem penes quas sumitur  
 animalium conuenientia et differen-  
 tia sunt superiores et inferiores et  
 quantum ad istam attinet considerationē per-  
 tes uocamus superiores que sunt a capite us-  
 q; ad anum ubi ciciuntur superfluitates. In-  
 feriores autem uoco que a coxis sunt usq; ad  
 pedum extremitates. hoc igitur sic suppo-  
 sito. dico q̄ quando dñs homo completur et  
 augetur quantitas eius in longum superio-  
 res partes ipsius maiores sunt proporcio-  
 naliter inferioribus et hoc dico geometricè  
 medietatis proporzionem puerorum. igitur  
 in hac proporzione partes superiores ma-  
 iores inferioribus. Cum autem steterit augmē-  
 tum et decrepitis esse incipit sit e conuerso.  
 Quoniam calor augens subtiliter digestus  
 nutrimentū. primo eleuat q̄ frig⁹ calorē ob-  
 tinēs i frigido stematico nutrimento facere nō  
 pōt. et h sui pōdere ad inferiora descendit sūbra



Hec igitur est causa diuersitatis motus pro-  
cessiui. quoniam infans hominis propter po-  
tus superiorum membrorum ex teneritudi-  
ne inferiorum. primo ambulare incipit sup-  
pedes et manus sicut quadrupes. deinde eri-  
git corpus suum paulatim quousque iuuen-  
tutem compleat et vigorem status virilis. et  
cum in etate processerit ad senium et senectu-  
tem incuruabitur superius ex siccitate mem-  
brorum superiorum carentium nutrimenta-  
li humido subtiliter digesto et non incurua-  
tur inferius quoniam in illis grossatur et p-  
cipue mulieres et sic quidem in homine. Sed  
in quibusdam alijs animalibus e conuerso.  
contingit. quorundam enim illorum pars  
superior prius est minor quam diu vicina sunt  
spermatu et inferior est maior et cum creuerit  
erit e conuerso sicut omne animal habens cau-  
dam pilosam. horum enim omnium propor-  
tionaliter loquendo inferius proprius est  
magis et superius minus et cum peruenerit  
ultra statum complementi substantie et uir-  
tutis et superius minus et inferius minus.  
Talia enim animalia sunt humida et supe-  
riora sunt eorum circa locum digestionis vi-  
cina propter quod calor iuuentutis dispargit  
humidum nutrimentale subtile in membra lo-  
gius distantia. Cum autem ad declinationem  
uenerint tunc debilis calor et grossus et vis-  
cosum humidum in membris vicinis reman-  
ent et hec ingrossantur. Hec igitur propor-  
tio est membrorum superiorum in inferio-  
ribus animalibus. Amplius autem de supe-  
rioribus in quo magna diuersitas inuenitur  
est animalibus. est dentes. quoniam in ocu-  
lis et auribus parum differunt animalia. om-  
ne enim animal quadrupes generans sibi si-  
mile dentes habet anteriores qui incisores  
uocantur et illi sunt qui dicuntur dupli et qua-  
drupli aut duales et quaterni sicut diximus  
in libro primo. quedam autem eorum habent  
dentes in mandibula superiori et inferiori si-  
cut equus et porcus. et quedam non habent  
dentes in mandibula superiori. Dentes autem  
superiores et anteriores sicut bubalus et tau-  
rus. Et quia aliquis posset quod materia dentis  
superioris mandibule transiret in cornua. ri-  
demus hoc non generaliter esse uerum. quo-  
niam quedam non habentia cornua carent  
dentibus anterioribus in mandibula superio-  
ri sicut camellus. Quedam autem in dentes  
habent culmos duos longos et prominens  
videlicet dentes sicut aper et porcus mas-  
culus. Quedam autem carent hijs sicut mul-

ta alia animalia. Adhuc autem quedam sunt  
acutorum dentium et diuersum situs ita quod  
prius ordo uenit in alium sicut due ferre con-  
iuncte ut leo leopardus et canis et catus.  
quedam autem non sed linealiter ordinatos  
habent dentes ita quod prius ordo uenit super  
alium in masticando equaliter sicut equus et  
taurus tamen secundum ordinem nature in homi-  
ne mandibula inferior cum suis anteriori-  
bus dentibus. sed molares stant super seiuu-  
can in quibusdam cum qui habent mentum lo-  
gum ordo inferioris mandibule ambit ordi-  
nem dentium mandibule superioris. ¶ Gene-  
rale autem est quod nunquam culmi simul et cornu  
inueniuntur in uno animali. nec etiam nunquam  
dentes acuti inueniuntur cum cornu in uno  
et eodem animali specie. quia materia cornu  
transit in culmos et in acutos longos dentes  
Sed animal participabit alterum istorum tan-  
tum. propter azima magis quam propter cibi ma-  
sticationem. In camellis autem uidetur dan-  
tium et cornuum materia transire in gibbum  
Adhuc autem multorum animalium dentes  
quidem anteriores in utraque mandibula sunt  
acuti et interiores qui molares dicuntur sunt  
lati. quia anteriores sunt ad diuidendum siue  
incidendum. Interiores autem ad molendum  
tibus ut undique sibi possit a uisceribus ad-  
miscuere. Sed instantia a generalitate predi-  
cta non est nisi in animali marino quod uo-  
catur koky. hoc enim habet dentes acutos  
ante et tamen unum ponit directe super alium  
ut citius diuidat ne aqua intret os eius quam-  
do masticat. In hoc enim suum genus diuer-  
satur a generibus piscium acutos dentes ha-  
bentium. Dico autem acutos qui canis sunt  
similes et sunt acutissimi in puncto terminati  
acuti anguli. Non est autem aliquod animal  
notum nobis quod in una et eadem mandibula  
duos habeat dentium acies uel plures.  
Sunt tamen quidem de monstris mundi scri-  
bentes phylzophi quorum precipuus qui-  
dam pes astrages fuit quem Auicenna cor-  
ruptum antistum dicit cuius si debemus cre-  
deret sermonibus tunc scimus ab ipso in ter-  
ra yndie esse quoddam animal in multis si-  
mile yzlo quod tamen ipse astrages genus lu-  
pi esse dicit. uel a greco nomine uocat mari-  
on quod sonat uir insanus apud nos et dicit quod  
h animal in utraque mandibula habet tres or-  
dines dentium ita quod tres sunt et tres in supe-  
riori comendantes et conlacerantes et in tres  
diuisiones statim diuidentes quicquid capi-  
unt et huius quidem animalis magnitudo

est sicut quantitas leonis et est pilosum sicut ipse leo et pedes eius sunt similes pedibus leonis quia sunt rotundi et in multos digitos fissi cum unguibus acutis. facies uero et aures sunt et oculi sicut sunt hominis et est fuscorum oculorum. Color autem eius est rubicundus sicut sit perfuso minimo et cauda eius est in figura caude magni scorpionis agrestis et est rubea retro habens aculeum. Sicut dicit auicen. et hoc animal eicit pilos et mutat eos pro tempore et loquitur tamen imperfecte et habet uocem sonoram tubalem et currit ad uelocitatem cerui et est agreste uir domabile comedens homines hec autem mōstra et alia esse multa de quibus in sequentibus istius scientie libris loquimur facit mihi credibile quod in siluis saxonie uerius dicitur etiam in deserto murice cuiusdam capta sunt parum ante hō tempore duo monstra pilosa fere in omnibus habentia figuram hominis et femina quidem mortua fuit moribus canum et uulneribus venatorum. Masculus autem captus factus est domesticus et didicit ire supra pedes erectus et didicit loqui imperfecte ualde et non multa uerba et habuit uocem exilem sicut campolus et rationem nullam habuit et ideo de secessu et egestione et alijs talibus non percurdabatur multus autem appetit coire cum mulieribus et ha publice qualescunq; essent tempore libidinis temptauit. ¶ Hīs autem dimissis paulisper reuertimur ad propositum de differentia dentium sermonem dicentes quod homo quidam eicit dentes in etate uicina spermatis et hoc etiam faciunt animalia alia sicut equus et mulus et asinus. Sed homo non eicit nisi anteriores et non molares. Caprioli autem qui sunt similes ceruis in cornibus sicut diximus superius non mutant dentes et quando ingrossantur dentes eorum significant diuturnitatem uite eorum et tales caprioli sunt pulchrorum oculorum et acuti uisus ualde et habundantes in affrica et ultra mare cartaginis ut dicit Auicen. in Germania autem est eius maxima habundantia. Sed et porcus nullum omnino eicit dentem de canibus autem est dubium. Quidam enim opinati sunt canem nullum eicere dentem. Quidam autem opinantur eos eicere duos longos dentes suos qui sunt in eis pro culmis et hoc plures circa canes testificantur. qui autem eiciunt dentes non eiciunt dentes anteriores sicut homo. Sed hoc latei multos. eo quod industria ad hoc non ponitur experiendi. id enim

quod eicit dentes nullus eicit nisi prius sub eo in eodem loco alter oriatur. Hoc enim accidens omnibus agrestibus conuenit etiam dentes eiciunt. Culmus enim est sicut cornu ut diximus et hoc est signum quod in porcis culmus inferius est concavus sicut cornu et ingreditur in eum ex mandibula inferiori per ossa tenens eum cum mandibula et similiter est in culmis elephantis et in culmis cetorum. ¶ Amplius autem canes iuuenes cognoscuntur in dentibus. quoniam dentes iuuenum sunt albi acuti. et dentes senum sunt fusci uel crocei et hebetes et idem omnino est in dentibus hominum propter longe enim distare a sue generationis principio quod est sanguis in quo est uirtus spermatis destituitur nutrimento proprio et nigrescunt in seipsis. Ex putredine autem corruptis fleumaticis cum paruo collerico in eo respario efficiuntur crocei. In equis autem proprium accidens dentium accidit. omnis enim animalis pro uete etatis existens nigrescunt dentes propter eam quam induximus causam. In equis autem fit per conuersum modum et causa huius est. quoniam equus habundat humore aquo qui decoquitur calore iuuentutis et conuertitur in croccitatem aut forte terrestritatem cinereum. In pro ueta autem etate cum refrigeratur calor remanet aqueus paruius et ille cum interminatu corpus conuertitur efficitur albilissimus. Distinctio autem que est inter dentes acutos et latos non est in materia creationis eorum. sed potius in figura. quoniam acuti inferius sunt lati uel rotundi superius acuti. lati autem et superius et inferius sunt lati. Sed nos subtiliorem distinctionem in primo libro huius scientie supra posuimus. Adhuc autem ut in pluribus masculina animalium sunt plurimum dentium quam femina ut frequenter patet in hominibus capris et porcis. In alijs uero non est ita manifestum. Et causa huius manifesta est. uirtus uidelicet calidioris sanguinis magis uirtutem spermatis consecuit. Oportet autem scire quod quolibet genere uno et eodem animalium individua que sunt plurimum dentium secundum naturam sunt longioris uite propter maiorem uirtutem principij generantis in eis quod est formatiuum corporis. Illa uero que sunt paucorum dentium separato et distantium ab inuicem propter causas oppositas sunt breuioris uite secundum naturam nisi per accensio hō patiantur quam in hīs qui dura

massicant frequenter in infantia et pueritia. euaporat materia dentium propter consfricationem dentes autem adulterini qui intra gignam oriuntur extra ordinem dentium naturalem ut frequenter non oriuntur nisi post vicesimum annum. Ego tamen vidi puellam cui ortus est dens talis circa duodecimum annum sue etatis et ortus est in exteriori mandibule superioris. Hi autem dentes oriuntur in quibusdam mulieribus post. lxx. annos. Ego autem vidi virum octogenarium cui tales dentes plures orti sunt et materia eorum est sperma descendens a capite a loco mandibule propter quod et frequenter in mandibula superiori oriuntur et est origo dentium cum dolore febrili. et precipue quando non oriuntur in tempore suo naturali in iuuentute. Ceruus autem quatuor habet dentes in vna parte oris in dextra et totidem in alia parte sinistra. eo quod maior pars materie cedit in cornua. per istos autem molit cibum in super habet duos dentes alios magnos et hi sunt in ceruo masculino maiores et in cerua femina minores et declinant ad inferius dentes cerui sicut sunt repandi. Adhuc autem cum generatur elephas apparent subito in eo dentes cum eo generati propter siccitatem complexionis sue et longam impregnationem matris eius. et est in huius utilitas. quia parua ubera matris non diu possunt nutrire eum. et ideo preuenit natura et format instrumenta solidum cibum diuidentis dentes sui magni qui culmi sui sunt non apparent in eo quousque adolescat. Adhuc autem diversitas est in linguis animalium generantium sibi simile. quoniam lingua elephantis est valde parua et curua retracta ad interioris gutturis sui et ideo difficulter videtur ab insipientibus et considerantibus eam. Adhuc autem lingue quorundam sunt valde longe ita quod etiam ante ora ipsorum extenduntur sicut lingua canis et hominis. et aliorum sunt proportionate sicut lingua tauri et porci et huiusmodi aliorum animalium. Adhuc autem quedam animalia sunt magni oris et hiatus et quedam parui. Magna enim os et fissum labium inferius habent animalia habentia dentes ferrales sicut leo canis et fere quem nos dicimus leopardum. fere autem talia ora omnia habent animalia ferratium. huius autem acutorum dentium quorum vnus ponitur in clausura mandibularum in alium sicut canis et catus inferiores eius longi concluduntur inter superiores longos si

cut si dentes duarumerrarum ad inuicem sint conuersi. Quedam autem animalia econuerso istorum sunt parui oris sicut homo et symea. et quedam sunt mediocri sicut porcus secundum omne genus suum. Quidam est equus fluminis nili qui ab antiquis pegalus non volans uocatur. moratur quidem superius in terra. Est enim hoc animal habens quidem pilos sicut pili equi. sed diuidit ungulam in duas et sunt solulares eius sicut solulares vacce et attollit in sublime faciem suam et in pedibus suis habet cabab hoc est calcaneus tale sicut vacca cum duabus paruis unguis quod non habet equus et cauda eius similis est cauda porci. sed quando uocat hinnit sicut equus. Sed magnitudo eius est sicut magnitudo asini habens corium spissum grossum et cuius spissione fiunt solee calceorum et ex tenuiore fiunt corrigie cingulorum. Interiora autem ventris eius sunt sicut ea que sunt in ventre equi aut asini. Et hoc genus animalis est fissi labij inferius. Adhuc autem quedam sunt animalia communicantia in naturali figura corporis pluribus speciebus aut generibus animalium sicut medium communicat suis extremis sicut symearum genus homini quadrupedi communicare videtur symea greco nomine kybom uocata et etiam illa que caput caninum uidetur habere quod etiam canina symea uocatur. kybom autem uoce symie quoddam genus quod habet caudam. Symea autem habens caput canis pulcherrimum quidem similis est cani. sed totum residuum corpus est maius et fortius quam canis et hec sunt que in mappa mundi canini homines uocantur. facies enim illarum symearum similes sunt facibus canum. Sed mores eorum sunt valde graues et duri. eo quod feroces sunt et mordaces et dentes eorum sunt similes dentibus canum. sed fortiores sunt et longiores. habet autem fere omne genus symearum quod aliquando eleuatur et uadit super duos pedes sed non diu. In hoc autem quod symearum genus pilosum est anterius et posterius et quod pili eorum sunt duri et grossi communicant cum quadrupedibus. In multis autem membris faciei similis uidetur esse homini scilicet in naso et auribus et dentibus. Quoniam tam anteriores dentes qui incisores dicuntur quam posteriores qui sunt molares habet sicut homo preter solam symeam que uocatur canina. Assimulatur item homini symea in palpebris. in quarum utraque. scilicet superiori et inferiori habet pilos sicut homo.

Alia autem quadrupedia non habent pilos nisi in palpebra superiori. Supercilia etiam uidetur habere sicut homo. sed sunt curta et subtilia et ideo a quibusdam non considerantur et in eius pectore pendent due mamille cum duobus conis papularibus sicut et in pectore mulieris et viri et duo brachia hominis. sed sunt pilosa et flectunt manus et pedes sicut sicut homini et habent manus quae superius uocauimus minores h est quod continuatur ad harundines brachiorum et digitos in illis et ungues in digitis sicut homo. pedes etiam eius sunt in figura fere suarum manuum et digitum pedum et ungues sicut in digitis manuum. medius. n. digitus est longus in pede sicut in manu eius et utitur manibus ad usum manuum et ad unum pedem. sed non habent umbilicum prominentem sicut homo. sed locus ille in eis est durus et id quod est supra umbilicum superius est maius. eo quod est sub umbilico inferius et in hoc comunicat cum quadrupedibus. In omnibus enim quadrupedibus pars etiam est super umbilicum ad eam que est sub umbilico proportionez tale quam habent quinqz ad tria. hec autem proportio in arismetris uocatur superpitens. eo quod continet maior numerus minorem et duas eius tercias. hec enim proportio est de genere partientium proportionum que a diuisione duorum incipiunt terciarum. pedes autem symearam sicut iam diximus sunt similes manibus earum et compositae quasi ex manu et pede. Ex pedibus enim uidetur habere calcaneum ex manibus autem digitos et alias partes. Ambulabant autem symec super quatuor pedes nisi forte erigantur super duos pedes pro uo tempore sicut diximus. non enim habent anchas ita ligatas sicut bipedia ne habet eandem sicut quadrupes preter hoc quod kykoz uocatur. Alia enim genera symearum non habent quidem caudam. sed signum quoddam loco caude et vulua femine symearum est similis vulue mulieris sicut et uirga masculi est similis uirge uiri. Alia uero qui dicitur kyboz habet caudam sicut diximus. Sed anteriorius eius est. sic hominis omnino. Ista igitur sunt membra exteriora animalium generantium sibi similia et situs et figura eorum in his conueniunt et differunt per modum quem diximus. Ex dictis enim alia facile possunt cognosci.

Capitulum quintum de manifestissimis membris animalium habentium sanguinem quadrupedum ouium

et non generantium ex utero sibi simile.

In alio autem genere animalium a predictis sunt quadrupedia habent sanguinem sed non generantia ex utero sibi simile. sed ouantia et de istorum membris manifestis oportet scire conuenientiam et differentiam. et similiter de his que carent pedibus. sed habent tamen membra manifesta que sunt caput et collum et dorsum ante et retro. Dicamus ergo quod quocumque animalium habentium sanguinem et ouantium est quadrupes. habet quidem duos pedes cum cruribus et coxis quos pedes maiores supra nominauimus. hos enim duos pedes pro certo posterius habet et utitur anterioribus loco manuum. licet etiam utatur eis in usu pedum et insuper habet membrum generationis in quo formatur ouum in femina aut testiculos in quibus maturatur semen in masculino et hec membra habet quo ad eandem similitudinem et usum secundum quem sunt in generantibus sibi simile habet etiam insuper caudam. In his membris conueniunt omnia que sunt homini generis animalia. Ab hac omnia talia animalia habent in multos digitos fissum pedem et participant organa sensuum et lingua preter solum cocodrillum. Non quidem omnem cocodrillum sed illi cocodrilli species que est in egypto que lingua egyptiaca tenchea uocatur. h enim in ueritate linguam non habent sed hoc quod loco lingue habet est simile lingue piscium. Pisces enim non habent linguam sed membrum simile. Spine siue ossi piscium breue et ligatum in nulla parte sui absolutum ad motum aliquem uocis aut reuolutionis cibi ad molas dentium. Ad h. n. duo mouet lingua sicut diximus superius in anothomia. lingue. Tenchea. n. et pisces eo quod siue aquatica non diu tenet cibum in ore propter igitur siue aque in ora eorum et ideo non reuoluunt ipsum inter dentes nec etiam uocare possunt eo quod acre non attingunt et ideo in solo usu gustus habent linguam et adhuc sufficit lingua curta et immobilis et in quibusdam non appetit piscibus aliquid sicut lingue oio. sed locus in eis inuenit lenis pinuis. eo quod gustus alium non est in lingua. sed in tota oris interioris superficie et talis piscis est apud nos lucius qui fauces superiores habet plenas dentibus et de his dicitur inferius. Reuertamur autem nunc ad quadrupedia ouantia dicentes quod al de quo diximus quod tenchea uocat non habet aures. sed in capite foramina tantum que sunt uia auditus

sicut aues et sicut mus quidam cuius color fere est sicut cuniculi et eius quantitas est sicut mustele et habitat in terra in austria et in ungaria et uocatur apud nos zyzel hoc etiam non habet aures, sed tantum foramina que sunt via auditus sed generat sibi simile. Tenchea autem etiam non habet mamillas neque testiculos appaerentes neque uirgam manifestam. hoc enim habet intra sicut et cetera ouantia neque habet pilos sed totum corpus suum est squamosum et est acutorum ualde et fortium dentium et sunt rari in ore suo. Oculi autem eius sunt similes oculis porcorum et magnorum est dentium inter quos sunt dentes qui culmi uocantur de quibus superius diximus. et unguis manuum eius et pedum sunt fortes ad lacerandum apti et corium eius est durum et forte propter spissam squamositatem suam ita quod uix est vulnerabile. In aqua autem propter aque spissitudinem uidelicet et debilitate et extra aquam habet visum clarum et acutum ualde et maior mora eius in die est super terram eo quod sol in die aerem calefacit, et in nocte moratur in aqua propter spissitudinem calorem solis quam in die fecit in nocte conseruat et ideo aqua calidior est in nocte quam in die. Est autem quoddam animal huius generis quod uidelicet aliquid habet sanguinis et ouat quod grece hamaleon uocatur. et auu uocat ipsum meleon. hoc est quod nos stellionem uocamus maiorem. hoc enim est simile in corporis sui figura lacertulo magno cuius etiam similis est ille cocodrillus qui harido grece uocatur. latine autem hamaleon sunt ualde continua costatione distendentia usque ad infimam partem uentris sicut uidemus descendere latera piscis. Pisces enim costati sunt usque post uentrem ad locum ubi incipit piscis non esse concauus. habet autem in dorso in spondilibus ossa prominentia erecta sicut a spondilibus piscium uersus dorsum medium prominent spine. facies autem eius est sicut sit composita ex membris faciei symie et habet caudam ualde longam cuius extremum est ualde gracile et inuolutum nodatum sicut inuoluuntur extrema corrigie longe et flexibilis. hanc autem speciem animalis multum reuoluit se in seipsam per modum sperazum conuoluit totum corpus suum et maxime caudam et licet habeat figuram lacerte. tamen latera eius plus eleuantur a terra quam lacerte et huius causa est quod magis dirigit crura et figit supra et crura eius etiam sunt longiora quam lacerte aut cocodrilli. Hanc flexio et curuatura

pedum eius est sicut lacerte et cocodrilli et quilibet pedum suorum in duo diuiditur et una quid pars eius est sicut pollex hominis qui flectitur ad interius domestici manus. et alia pars est sicut residuum manus hominis in comparatione ad pollicem in hoc quod flectitur ad interius plante manus sub pollice ita quod prima pars comprimit et claudit sequentes sicut pollex claudit et comprimit alios digitos. ultimus autem utraqz duarum partium in duos digitos diuidit in quorum extremitate habet unguas que sunt sicut unguis auium incoisi et acuti existentes et totum corpus eius asperum est sicut corpus hardon quod est sicut diximus quedam species cocodrilli squamosi coram et corrugati. oculi autem eius multum profundantur in caput suum et sunt magis rotundi et lacrimalia continentia. oculos eius sunt corium simile corio totius sui corporis quod asperum et rugosum. sed corium hoc non cooperit oculos suos. sed est inuolutum rugis quibusdam circa eos habet autem oculos suos mobiles circumquaque per girum et sepe girat eis circulariter. Color autem eius naturalis est fuscus declinans ad nigredinem sicut etiam color ardonium cocodrilli nec alteratur ab hoc colore nisi tempore timoris quando est in horripilatione sicut dicit Aui. quando fumo nigro et frigido uidetur inflari et corrugari corium ipsius. Tunc enim nigrus quam prius et uidetur tunc fieri sicut color lacertuli ualde terrestris et fusci ita quod efficit tunc cinereum habens colorem et fiunt in eo macule nigre sicut sunt macule leopardi et hanc uariatio efficitur in toto corpore eius ita quod etiam oculos eius inficit uarietas ista et cauda similiter sicut et residuas inficit partes corporis sui. Est etiam frigidum animal ualde et ita facile timet et horret et tunc predicto modo color eius efficitur uariatus. et huius signum est quod est grauis et pigri motus et in morte turbatur et inficitur colore palce destitute et putrescentis. Anothomia autem huius est quia uicinatur stomacho eius quod mery uocatur et similiter quod uicinatur canne pulmonis eius est fere sicut canna et mery lacerte aut cocodrilli et quia frigidum est animal non est caro in corpore suo nisi ualde pauca in capitis sui parte et in mandibula sua et in radice caudae ubi cauda cum corpore suo continuatur. et similiter sanguinem habet in radice caudae et in partibus que sunt cordi uicine et in arterijs uenalis superioribus que exeunt a corde ipsius habet secundum sanguinem in eo quod

est in circuitu oculorum quibus sit valde par et sicut dixit auis non habet splenē et ideo melancolia spargitur per totum corpus eius et inficit ipsum maculis quibus diximus. Adhuc autem quasi nullum habet occiput. sed sinciput eius prominēt super oculos ipsius propter quod etiam oculus eius nimis profundus. cerebrum eius latet quasi inter oculos ipsius et cum exoritur corium quod est inter oculos et circa eos apparet quasi sit color eris lucens aut armille que sit ex ere et h color est sicut si album clarum super se natans habeat rubeus subtile et vndiq; videatur per ipsum. per totum autem corpus eius extensum est membrum vnum fortissimum et hoc est dorsum ipsius et os dorsū compositum ex spondilibus eius et quando per partes funditur corpus eius remanet per tempus aliquod in qualibet parte in operationibus suis per spiritum sensibilem et motuum qui manet in qualibet parte ipsius. Sed motus est modicus et precipue apparet in partibus que sunt vicine cordi et habet motum dilatationis et contractionis quando scindit in suis costibus. Illas enim aperit et claudit constringendo et dilatando. Mansio autem eius est in cavernis et fissuris petrarum et montium sicut laeete. hoc animal procerto est de genere scellionis et hoc est quod vulgus uocat dracones. et in vulgari nostro uocat lintworm quod sonat permis tylie aut permis silue. Razo autem videtur animal istud. quia est ualde pigri motus et multum somni propter multos et grossos humores quos habet et spissitudines sue pellis. ubi autem carnem et sanguinem non habet in corpore ubi habet aliud membrum et alium humorem loco carnis et sanguinis.

Capitulum sextum de membris manifestis animalium non quadrupedum habentium sanguinem et ouantium que sunt aues pennate.

Similiter autem dicemus diuersitate et convenientiam membrorum manifestorum et non generantibus ex utero sibi simile. sed non quadrupedibus habentibus tamen sanguinem sicut sunt aues in genere suo. Dicamus igitur quod multa uolatilia habent etiam membra proportionata membris dictorum animalium et hominis. Quaedam enim ipsorum caput habent et collum et dorsum et in corporibus eorum est anterius et posterius superius et inferius et dextrum et sinistrum.

et habet membrum conueniens pectori in quo spiritualia sua que sunt cor et pulmo continentur. Omne autem uolatile plumosum habet convenientiam cum homine in numero pedum. sed fissura pollicis eius est sicut quadrupedum. h enim curuatur posterius. nullum autem omnino uolatile plumosum et pennatum nobis notum habet pedes anteriores ut manus. sed loco illorum membro habet alas eo quod membrum est appropriatum uolatili pennato et ab hoc uolatile uocatur. Ancha autem uolatilis hoc est os ad quod ligatur. crus eius est longa similis coxe quadrupedis animalium et adheret corpori eius quasi a latere medii ventris et hoc habet proprius per quod aggressibili distinguitur et ideo putatur esse coxa quando scidit a uolatili. Coxa uero uolatilis sicut diximus est os illud quod cum carne sibi adherente continua. iacet inter crus et membrum anche. quia adheret dorso uolatili. Adhuc autem in membris istis diuersificantur uolatilia. quoniam omne uolatile rapax curuorum unguium proportionem corporis sui est magnarum coxarum et pectoris fortioris quam aliud uolatile. Modi autem specierum uolatilium nominant ualde multi. de quibus non est phi facere mentionem. sed convenientias et differentias communes in eis considerare. Ex his autem sufficienter scit natura eorum conueniunt omnes autem modi specierum uolatilium pennatorum in hoc quod omnes habent pedes sine pectine quasi a quodam centro diuisum in digitos multos qui tamen fere in omnibus quatuor inueniunt et partes quibus fissure multorum sunt distinctorum a se inuicem digitorum sicut aues non natatiles habent digitos. sed aquaticarum auium et natantium sicut est cygnus et anser et anas et huiusmodi habent corium inter digitum continuans ut melius captant aquam in natando quasi remo quodam. et quedam in uno pede habent digitos distinctos et in alio continuatos per membranam sicut aquila parua etiam uocat aquila piscium. eo quod capit pisces. uno enim pede rapit et alio natat in aqua. omnes autem modi uolatilius qui in aere eleuant quatuor quibus digitos habent in utroque pede quorum ut in pluribus tres porrigunt anterius et quartus breuior et fortiolem habens unguem posterius quo utilis loco calcanei in stando et loco pollicis in apprehendendo preter structionem qui non habet nisi tres digitos in pede duos anterius et unum posterius et sunt ualde breues respectu sui corporis. pauca

autem genera sunt auium que tantum duos  
 digitos habent antérieurs in pede et duos po-  
 sterius et aibus apud nos notis non sūt ni-  
 si bubo et genera picis. Bubo enim unum di-  
 gitum girat posterius et duos habet post et  
 duos ante et tunc quiescit residuum corpo-  
 ris eius sicut quiescit serpens comprimendo  
 se super uentre et pectus suum habet unguis  
 magnos similes unguibus aquile et corium  
 eius et penne sunt varie sicut accipitrum aut  
 quarundam aquilarum et uociferat forti uo-  
 ce et ab imitatione uocis eius est impositum  
 sibi nomen. picis autem omnia genera que mē-  
 ta sunt apud nos siue sit genus paruulū uari-  
 um siue sit picus niger qui magnitudinē fere  
 habet cornicis et insigendo rostro intra co-  
 rices siccarum et putrescentiū arborum sonū  
 facit terribilem ac si sit sonus tube habet sem-  
 per dos digitos pedis porrectos antérieurs et  
 duos posterius. eo quod hec dispositio digito-  
 rum est scansioni arborum et habent digitos  
 ualde coniunctos ut fortius se teneant ad lig-  
 num quod scandunt. omnia autem genera auium  
 pennatarū cōicant in carentia labiorū et den-  
 tum. Sed loco horum habent rostrum durum  
 et figura quidam nasi et aurium exterius non ha-  
 bent. sed alia membra sensuum habent sicut oculos  
 et linguam. uia autem nasi que est uia odo-  
 ratus est in rostro per duo foramina que sūt  
 in ipso. Similiter aures uia auditus sūt duo  
 foramina rotunda aperta in capitis lateribus  
 omnes autem aues habent oculos et cōaudiunt  
 eos quodam panno egrediente de inferiori  
 palpebra absque motu palpebrarum quā uolūt  
 insuper et reducunt quando uolūt super oculos  
 suos superiorem palpebrā sicut quadrupedia.  
 uolatile autem ponderosum et magnū  
 pannum claudentem oculos habet egredien-  
 tem de inferiori palpebra et aliqui de angulo  
 oculi qui est apud conum nasi habent etiā eū-  
 dem modum claudendi oculos. habent quod-  
 dam alium squamosi corij sicut lacerte et qui-  
 dem serpentes et cocodrilli quod species h. n.  
 claudunt oculos palpebra inferiori. si clau-  
 sio ipsa non adeo bona est sicut in aibus eo  
 quod non tamen indigent. quia duriores sunt oculi  
 talium animalium quā auium. Adhuc autem nullū  
 omnino uolatile bipes de quo hic loquimur  
 habet squamas uel pilos. sed omnia habent  
 plumas et pennas licet magna diuersitas sit i-  
 eis sicut in sequentibus patebit. In hoc tamē  
 omnes penne conueniunt quod radicem que pel-  
 li auis insigunt habent concauā sicut canna  
 quod sit et habent omnes caudas nisi per occasio-

nem amiserunt sicut galli et galline domestice  
 sine caudis. Aliquā nascunt per occasiones et  
 nature defectum. Adhuc autem quod extendunt  
 uersus caudam pedes in uolatu sicut ille que  
 longa ualde habent crura et precipue aues  
 aquatice etiam que breues habent pedes sicut an-  
 ser et anas. quedam autem restringunt ad uentrē  
 et pectus sicut ille. que autem breuia habent cru-  
 ra aut digitos habent diuissos et ad uncos un-  
 guis. Amplius autem habent omnes mundi spe-  
 ciezum uolatilium linguas ualde diuissas in  
 quantitate et figura et compositione. Quod  
 enim habet ualde longas sicut auis que suep-  
 pe uocat apud nos. latine autem uiscedula. hec  
 enim sunt aues que se ponunt in puluere et lo-  
 ge extendunt linguam et attrahunt vermes et  
 quedam habent ualde latas compactione cor-  
 poris sui sicut sturnus et al. psithacus et spi-  
 ca et quod habent compositam linguā retro  
 ex carne et ante ex cornu acutissimo sicut pi-  
 cus niger qui insigit linguā in lignum et pu-  
 gendo attrahit vermes siue cēdines ligni ad  
 cibum quod etiam in usu lingue dicitur ab alijs  
 quā ille que sunt rememoracionis et late lin-  
 gue formant uocē in loquelā hominis sicut  
 psithacus et sturnus et multa alia genera au-  
 um. Nullum autem omnino genus auium h-  
 epiglottim prominentē ita quod faciat nodum in  
 gutture sicut est nodus in gutture hominis.  
 sed tamen epiglottim constringit et aperit uia car-  
 ne cum aliquid cibi intra se recipit sicut dixi-  
 mus de hominis gutture. Amplius autem que-  
 dam genera auium que non habent magnos un-  
 guis. habent in crure suo quoddam prominentē  
 sicut sit digitus quod carnis sicut gallus et  
 gallina habet etiam signum istius. sed non est  
 perfectum. eo quod fere in omnibus deficit sex-  
 femininus que perfecta sunt in masculo. nul-  
 lum enim uolatile magnorum et curuorum un-  
 guium cōicat cum isto additamento. quia in illis  
 aibus materia istius additamenti transit in  
 unguis. uolatile autem curui unguis boni est  
 uolatus et uolabile quod predictum h-  
 addita-  
 mentum grauis est uolatus factianus et per-  
 dix et gallus et oryx et omnia talia. que autē  
 habent dictum additamentū aut signū ipsius  
 Adhuc autem quedam genera auium habent in ca-  
 pitibus suis coronalia quasi sunt galeata. et  
 hoc aliquando est ex pluma sicut in pauone  
 et upupa. Aliquando autem est ex dura substan-  
 tia que media est inter carnem et cartillaginē.  
 sicut in capite galli et galline et in capite eius  
 quod uocatur pullus aque et est nigrum habet  
 galeam albam facientem supra uerticem capis



2  
70  
sui non erecta. hec igitur et in hys similia sūt  
membra manifesta auium.

Capitulum septimum de manifestis pi  
scium membris scdm comunicantiam  
differentiam consideratis.

Et piscium autem membris exequemur  
eodem modo. Genus ergo piscium ha  
bet species ualde diuersas et diuersarum ual  
de figurarum. sed omnes modi specierum pi  
scium conueniunt in habendo caput et mem  
bra anteriora et posteriora et in habendo cau  
dam qua pinne non sunt separate sed coheren  
tes tela quadam. sed caudae eorum sunt diuer  
se forme et figure. Adhuc autem in carentia  
quorundam comunicant membrorum. Nul  
lus enim omnino modus piscium habet col  
lum uel uirgam uel vuluam manifestam aut  
omnino testiculos interiores uel exteriores  
aut etiam mamillas preter delphinum et cet  
torum genera que generant ex utero sibi si  
milia. et ideo habent mamillas. sed non habent  
eas in superiori parte corporis sui sed inferi  
us prope iuncturam et sua mamilla assimula  
tur iuncture que est sine ligamento ac si sit ad  
dita corpori et terminatur in conum papula  
zem. Sed sunt in eis due rē in interioris ma  
mille profundate que canalibus assimulatur  
et ex illis ex it lac quo lactatur natus eius. et  
tempore iuuentutis filij secuntur matrem. Et  
similiter faciunt cetorum fetus et hoc quidem  
tam sepius uisum est a piscatoribus maris p  
cipue in mari germanico et anglico et mari  
flandrie et sclauic et maribus alijs adiacenti  
bus. aliquando autem modi piscium ouan  
tium non habent mamillas sicut prediximus  
neqz rias coitus manifestas que sunt vulua  
et matrix et uirga et testiculi et habent inter  
animalia membrum proprium sibi appropia  
tum in capite auriculas uidelicet que branchee  
dicuntur per quas attractum per os aquam  
eiciunt. et hoc membrum fere in omnibus pi  
scibus notis inuenitur. Amplius autem pis  
ces diuersificantur in al que dicunt pinnate.  
quoniam sunt quidam pisces longi et lati qui  
quatuor habent alas a se diuisas duas super  
rius prope branchos et duos inferius in fi  
ne uentris sicut piscis qui grece uocatur en  
chel qd est anguilla. Sunt autem apud nos  
plures tales. Aliquando autem breuiiores et  
strictiores non habent nisi duas pinnulas si  
ue alas aput branchos. Adhuc autem et ipsi  
branchi piscium diuersificantur quoniam q

dam pisces habent os seu coopertorium sup  
branchos suos sicut lucius barnellus et sal  
mo et quidem non habent ossum cooperto  
rium. sed ipsa acies branchorum per pellem  
uidetur sicut piscis serpentinus habens latas  
caudam et latas pinnas qui uocat celen de  
quo diximus in libro primo. Omne autem  
genus piscium habens coopertos branchos  
habet branchos sub capite uersus uentre por  
rectos. Celen autem est lati capitis et corpo  
ris sicut in antehabitis dictus est. et habet om  
nes branchos ad partem dorsii. longi uero  
pisces et non lati habent eos declinantes ad  
partem inferiorem uersus uentrem. Rana ue  
ro marina habet quidem branchos declinan  
tes ad unam partem lateris sui sub capite suo  
et habet coopertorium. sed quedam pellis si  
milis corio cooperit branchos eius cu alio  
rum operimenta sint ossa quedam lata. Adh  
autem species piscium et in creatione diuersi  
ficantur. quedam enim sunt extensorii et fle  
xibilia branchorum quasi sint de corio uel  
osse sicut cete. et quid pisces sunt branchorii  
flexibilia. Adhuc etiam quid branchi sunt  
applicati corpori piscis sicut anguille et mu  
rene. quid autem sunt diuicati et extensi a  
corpore piscis sicut lucij aquatici et salmonis  
Adhuc autem quidam piscium habent bran  
chos paucos quid autem multos. sed semp  
sunt equales et pares in utraqz parte. et qui  
dem etiam nullos omnino uidet habere mol  
tos enim habet lucius. paucos autem habet  
murena. sed nullus omnino habet quid pisci  
culus longus tenuis qui est in colore sicut  
piscis qui uocatur fundula. sed non est rotu  
dus sed quasi sit columnalis compressus et  
uocatur mordens lapid et habet spinam acu  
tam iuxta os suum cum qua recuruata capl  
te secat manum se tangentis. pauciores autē  
branchi quas piscis habens branchos habe  
re inuenitur sicut qd in utraqz parte habeat  
unum. quidam autem habent duos in utraqz  
parte unum extensum et alterum flexum.  
quid autem quatuor extensos in utralibet p  
te. Piscis autem qui grece uocatur auultera  
habet in utralibet parte septem flexos. Am  
plius autem in genere piscium et aliorum ai  
malium est differentia. pisces enim non habent  
pilos sicut animalia generantia sibi similia.  
neqz habent squamas omnino similes squa  
mis quadrupedum ouantium que sunt qua  
si ruge quid spisse pellis neqz habent plumas  
siue pennas sicut uolatilia. Sed multa gene  
ra piscium sunt corticalia. h enim squamas

separabiles ab ipso pice habentia. quidam autem non. sed sunt asperi corij. ita q̄ etiam lignum radif cum corio eorum quando exsiccat sicut piscis qui dicitur apud mare flandrie sorobe q̄ est canicula marina. aliquid etiam tale habet mirata et sturio et ea que in rostro sunt similia sturioni et h̄ multa piscium genera. Adhuc autem multa sunt piscium genera que in omnibus modis suis habent dentes acutos diuersarum acierum sicut lucius et quid̄ piscium habent dentes supra linguam. et lingua eorum est dura et aspera similis ossi siue spine piscis et est curta et ori applicata int̄m q̄ lingua esse non putat. et sunt quedam animalia marina magni oris et multum fissi ad modum quorundam animalium quadrupedum que generant sibi similia que t̄n marina non habent aliq̄ organum sensus manifestum preter oculos. q̄m̄ carent auribus et naribus. sed habent uias auditus tantum. sicut est apud nos piscis qui uocatur lucius et nullus modus piscium est habens palpebras pilosas. quia qui habent palpebras habent eas duri corij. multi autem modi nullas habent omnino. Adhuc aut̄ omnes modi piscium habent aliquid licet parum ad minus circa cor sanguinis. et quid̄ eorum ouant quidam aut̄ generant similia. sicut diximus de delphino. omnes aut̄ pisces corticales squamoli ouant. sed aliorum species quid̄ generant animalia. Lolon autem etia generat al. Sed zana habet quid̄ pedes quatuor et natat et tamen non generat animal sed ouat.

**Capitulum octauum de membris serpentum exteriozibus manifestis.**

Membra autem serpentum manifesta post hoc ponemus. Genus autem serpentum medium esse uidet inter sanguinem habentia agrestia et aquosa et ideo post utraqz illa ordo loqui de modis membrorum eius. Multa enim genera serpentum manent sup̄ terrā. pauca autem genera manent in aqua et in mari. Aquae autem et marini serpentes sunt similes serpentibus terrestribus preter q̄ in capite. quoniam caput marinorum est durissimum et asperum et minus q̄ caput terrestrium p̄ portione corporis sui. In mari autem sunt multa genera ualde serpentum et non manent in locis profundis. sed in propinquo riparum et tamen in mari oceano in parte qua Germaniam attingit. piscis serpentinus quantitas fere cruris hominis habens aculeum re-

tro in cauda corneum qui amputat a piscatoribus et postea totum residuum corporis comeditur et ille habitat in profundo maris sed non uere est serpens q̄uis sit piscis serpentinus. Amplius autem nullū omnino genus serpentum habet pedes et in hoc conuenit cum pluribus generibus piscium. quia illi qui uere pisces sunt pedes non habent. In mari t̄n est animal q̄d. xliiij. uocatur eo uel propterea q̄ tot pedes habere uidetur et simile huic animali est aliud q̄d moratur in terra et eod̄ nomine uocatur. Sed quod est in mari est minus q̄ agreste et moratur in locis petrosis et est rubicundi coloris et gracilium pedum. Amplius autem in mari est piscis paruus q̄ uocatur detinens nauis eo q̄ uirtute sue speciei habet detinere naues et impedire transeuntē et hunc piscem querunt homines magici. et utuntur ipso aliquando ad conuertendū corda hominum ad odium. et aliquando ad conuertendū corda eorum in amorem. et hoc genus piscis non est comestibile et de hoc dixerunt quid̄ q̄ habet pedes. sed falsum est et causa deceptionis est. quia ale pinnularū eius s̄m̄ aliquid pedibus assimulantur. quecumqz ergo talia pedes habent non uere pisces sunt. licet cum piscibus in multis comunicent. Jam igitur diuisum diximus membra extrinseca manifesta animalium et declarauimus quot sunt numero et que sunt. Diximus. n. membra generum animalium dictorum siue generent sibi similia ex utero siue sint ouantia terrestria et aquosa. etc.

¶ Tractatus secundus si libri alium in quo continet dispositio interiorum membrorum alium secundum compositionem ad interiora membra hominis. L. i. de interioribus sanguinem habentium in quocumqz genere sunt.

Ordo autem incipiemus narrare membra interiora alium et penes ea sumemus alium conuenientiam et dicitur. ¶ Dicamus autem de membris humanum sanguinem primo. magna. n. in tota complexione alium et compositione oris inter animalia conuenientia et dicitur ex habere sanguinem et non habere. et perfectiora quidem sunt humania sanguinem ut homo et quadrupes quod ex utero generat sibi simile et quadrupes ouans et uolat le ouans humanum membra interiora diuersa in figura et quantitate ad aspectum uisus. Uniuersaliter autem omne animal spiritus siue anhelans habet pulmonem et cannam que est frons et stomachum et situs quod canne et oris

stomachi est in vno loco ad radicem oris continuo sicut diximus in primo libro quibus tamen canna et mery non sint similes in complexione et creatione. pulmo autem multum diuersatur in situ et figura visibili in animalibus hñtibz ipsum. omne enim animal hñs sanguinem habet quid dyaflagma siue parietem et habet cor superius supra parietem illam quibus in paruis aliquando non sit manifestum propter paruitatem corporis eorum. sed non semper habent cum hñs pulmonem. supra dyaflagma autem membra alia principalia non sunt nisi quia in corde vacce et equi et cerui et quorundam aliorum. Aliquando quod ossa inueniunt que corda non habent aliorum animalium. Quod autem omnino pulmonem nullum hñt sicut modi piscium. sed omnia non respirantia. omne vero animal hñs sanguinem habet epar. eo quod epar est primum factuum sanguinis. sed splen est in quibusdam et in quibusdam non est quo melancolia aut tota aut fere tota transit in nutrimentum corporis. et ideo in speciali non indigent receptaculo melancolie. plura autem alium ouantium habent splenem parvissimum latentem visum. et ideo alii quando credunt splenem non habere et hoc conuenit etiam uolatilibus quibus ut ancipit et columbe miluo et buboni. h. n. per uisionem hñt splenes. Auis uero que grece uocat agachalos cuius caput assumulat capiti capre et uocatur latine apud vulgus caper harundinis non habet splenem omnino. Amplius autem quedam animalia habent fel quod est receptaculum colere et ipsum habent in kytti que est applicata epati. et quod non hñt applicatum epati suo. sed in alijs locis. quod. n. de genere quadrupedum granium sibi similia sicut ceruus equus mulus et koky quod uocat uutilus maris et quoddam genus porcorum quod uocat uutilus maris uident felle habere sua in intestinis propter quod intestina eorum sunt amarissima. Species autem cerui que grece habane uocatur qua quidam doctores esse dicunt. habet fel in auricula secundum opinionem multorum hominum expertorum in talibus. In auriculis. n. suis inuenit humidum simile felli in colore licet non sit adeo liquidum sicut humidum fellis sed vicinat in spissitudine humido splenis. ad huc in capitibus omnium animalium est neruum. aut forte neruorum paruum sub lingua qui dat motum et sensum lingue et profundatur in linguam. in eo autem quod uicinat spondili descendenti propter longitudinem corporis et quod uicinat capiti sunt nerui aut

neruorum parua. xx. numero exeuntes in totum corpus ad mouendum et sensificandum Amplius autem intestina cerui sunt fetida ualde ex amaritudine fellis in eis resperfa. et ideo non comeduntur a canibus nisi sint ualde famelici. Delphinus autem habet fel sicut omnes modi uolatilium et piscium et omne quadrupes et omne ouans. omnia. n. hec fel participant secundum maius et minus sicut ante diximus non est semper in epate. sed fortasse est aliquando in uisceribus uenarum miseriarum subtilium exteriorum epate ad intestina sicut in piscibus expressis inuenitur qui greco nomine ascebez uocatur et tunc cognoscuntur homines quonia uisus ille exeunt fetide et amare. Aliquando autem fel est in ipsa intestini interiori superficie dispersum et in hoc etiam alia diuersificantur. quoniam aliquid quando est in intestino superiori quod pecuario stomachi continuatur et aliquando forte in medio quod dicitur ieiunium et aliquid in inferiori quod proportionatur ei quod colon in homine uocatur. Res. n. de omnibus hñs loquimur secundum ad hominis intestina. hñm dicitur ueritas situs fellis. precipue in genere inuenitur uolatilium. quoniam quedam illorum habent fel in ventre. hoc est in intestino primo uentris et quedam in intestino sequente ut columbe coturnices et hyrundines et genus passeris quod grison grece uocatur et est passer croceus. quedam etiam fel habent in epate sicut falconum genera et pullozum. Quedam habent ipsum respersum in omnibus hñs hoc est in epate uentre et intestino inferiori in uoluto. quedam autem habent in epate et intestino primo ut accipiter et miluus. Amplius autem omne quadrupes generans sibi simile animal habet renes et uescicam. sed quadrupes ouans neque renes habet neque uescicam. Similiter autem genera uolatilium et piscium renibus carent. et uescica animalium uero quadrupedum. quedam habent renes ut uutilus maris qui koky uocatur grece et renes eius sunt similes renibus vacce in figura et durissimi. Renes autem vacce sunt sicut sunt compositi ex pluribus paruis renibus et similiter sunt renes koky. Adhuc autem totum inter vacce agrestis secundum omne genus suum assumulatur proportionaliter interioribus vacce domesticis. Et similiter est in alijs domesticis animalibus ad siluestria sibi proportionalia sicut proportionalatur canis lupo et porcus apro et sic de alijs. et situs quidem omnium istorum membrorum in omnibus animalibus ut in comuni dici potest est unus. Lor

enim in omnibus animalibus est positum in medio pectoris. preter q̄ in homine. quoniam cor hominis parump̄ declinat ad sinistra sicut predictimus. pars autem acuta cordis declinat ad anteriorem pectoris in omnibus animalibus. quoniam in illis pars cordis acuta est pendens uersus superius ad partem capituli ubi est motus branchorum. In piscibus enim exeunt quedam uie et arteriales a corde ad branchos ita q̄ extenduntur ad utrumq̄ branchorum et ille uie in maximis piscibus sunt manifeste et sunt magne et albe extense inter branchos et cor et sunt in usu arteriarum canne trachee. quia per eas fit refrigerium cordi non quid per aquam usq̄ ad cor pertingentem. sed per alterationem a frigiditate aque factam ad spiritum qui est in his illis. Tale enim et tantillum refrigerium sufficit non spirantibus et frigidis animalibus. Amplius autem genera piscium non habent os stomachi quod ylophagus uocatur preter q̄ illa quorum stomachus multum distat a radice oris sicut ea que uocantur grece enchelys et branchoros et apud nos talis piscis est cuius uenter est magnus et stomachus qui apud nos uelte uocatur. In alijs autem non est diuerse compositionis os stomachi ab ipso stomacho. neq̄ diuerse quantitatis. sed principium stomachi statim in eis continuatur radici oris ipsorum. pisces enim habent stomachos paruos ut frequenter et genera quidam piscium sicut et alia animalia habent epar in dextra parte q̄ forte in aliquibus eorum erit fissum in duo sicut uidetur esse in gallina fissum ab uno extremo in alterum et forte erit continuum aut rotundum et latum. In fissa autem epata habentibus aspiciens aliquis putabit aliquando duo fore epata tamen sit fallum. deceptio enim est ex fissura sicut frequenter accidit ex pulmonis fissura duo esse putantur. Splen sunt in omnibus splenem habentibus est in sinistra scdm̄ nature ordinem et utilitatem quam iam supra determinauimus. situs enim renum in his que renes habent similis est in omnibus. Si autem aliquando inuenitur splen in dextro et epar in sinistro. hoc erit de nature peccatis et mirabilibus monstris. Lanna similiter in omnibus cannam habentibus coniungitur ramificata pulmone. Lanius inferius determinabimus modum scdm̄ quem in alijs est animalibus ab homine. Mery autem quod ylophagus et orificium est stomachi in omnibus ipsum participantibus procedit externum ad uentrem per dyasfragma et h̄ est dispo-

sitio oris stomachi in omnibus que habent simul mery et stomachum. Nos enim iam ante diximus q̄ multa genera piscium non habent os stomachi. sed ipse stomachus eorum cum capitibus eorum in radice faucium applicatus est. ita q̄ nunc caput eorum et uentrem siue stomachum non est aliud continuans membrum propter qd̄ accidit piscibus magnis q̄ cum subito festinant ad apprehendendum predam et glutendum qd̄ per os ciunt stomachum aliquando. post uentrem autem siue stomachum est intestinum quod pcanario continuatur et duodeno in homine proporcionatur et hoc in piscibus peruenit ad exitum cibi. in his dico piscibus q̄ ouant quoniam illi intestina non habent inuoluta multa inuolutione. In quibusdam tamen una sola et parua reuolutio duplicationem faciens. inuenitur in multis autem omnino nulla. Sic autem non est in quadrupedibus generantibus sibi similia et cornutis nulla enim illorum habet dentes anteriores in superiori mandibula et quodlibet ipsorum habet quatuor uentres in quibus cibis aliquam alterationem accipit digestionis. h̄ enim uentrem uocamus et omne q̄ sic quatuor uentres habet rumans uocatur. Ruminare enim nichil aliud est nisi resumere ex primo uentre cibis ad iterandam masticationem. eo q̄ prima masticatio incomplete fuit celebrata. In talibus enim animalibus est mery qd̄ accipit a parte oris ualde amplum inferius sicut sacculus et curuatur quidem uersus partem in qua est pulmo. deinde regirat ad stomachum qui uocatur uenter maior et ibi costringitur ad quantitatem superioris parte stomachi et cum eo continuatur et mery quidem duplices habet uillos longos quidem ad glutendum et latitudinales ad reiciendum et sunt illi in interiori tunica ipsius mery propter quod sine difficultate reddunt cibum ori ad ruminandum. quoniam propter dentium defectum primo durus masticari sufficienter non poterat nisi mollificaretur prius et alteraretur in sacco ipsius mery in quo repositus fuit. post mery autem in omnibus animalibus talibus est stomachus qui uenter maior uocatur et pellis quidem parte que est inter mery et stomachum interior dico pellis a uillosa et dura tenere et tangere possit sine sui nocumento. Inferius autem ad pcanarium uentris maioris est alius uenter applicatus maiori uentri ad radicem pcanarij ex quo sugunt multe misera ycaurum et quia est ad quantitatem pcanarij ad

quem est transitus cibi mollis est minor quā uenter maior et quā mery et post hunc iterum est alius qui quid inferius iterum non quid immediate sed mediante predicto est post ventrem maiorem et ille est in quantitate tercia et aliquando est maior in quibus animalibus propter intestinum quod participant quedam ipsorum et quedam non et ille quartus est ultimus et longus et inuolutus ut ex multis eius reuolutionibus sufficienter trahere possint miserayce uillosus etiam est in principio sui et mollis et leuis ex parte ficteris et propter illum non est nisi intestinum a quo non trahitur cibum sed est uia exitus superfluitatum quod longum in homine proportionatur. Hec igitur est dispositio interiorum hominum animalium carentium anterioribus dentibus in superiori mandibula et habentium cornua ventribus suis. Animal autem habens dentes superius et inferius unum solum habet ventrem qui est stomachus qui unus dicitur non quidem in creatione que dissimilis est sicut patet ex his que in primo libro digesta sunt. Sed quia digestio in eo est unius modi et equalis tractus ad misericordias et uenter hic dicitur stomachus cum omnibus dependentibus ab eo in quibus est alteratio et digestio cibi et talia se homo leo canis ursus lupus et similia et post hunc ventrem habent intestina que solum ad hic sunt quod sunt uia exitus sue superfluitatis. omnia enim a quibus tractus est alimentum uidentur in figura uillorum esse eiusdem speciei sed quantitate sunt differentia. tam inter se quā etiam inter diuersa animalia. quoniam ueter aliquibus est maior sicut in porco et urso et in alijs est minor. diuersantur etiam uentres in figura et spissitudine subdantia et subtilitate eiusdem sicut et intestinorum que sunt uia exitus stercoreis diuersantur in quantitate et flexuositate et inuolutione. Generaliter autem intestinum omnium animalium habentium dentes et utraqz mandibula est minus intestino carentium dentibus superioribus. Adhuc autem nullam animal ualde modici corporis habet cornua nisi sint multipes. Starabius enim siluanus habet duo cornua in superiori parte capitis sui que habent ramos sicut cornua cerui et mouet ea ad tenendum sicut mouet canes manum suam que forfex a pulgo uocatur. Nullum etiam habet hoc intestinum quod rectum uocatur per quod est exitus superfluitatis nisi dentes habeat in utraqz mandibula. Elephas autem habet intestinum inuolutum ualde et uillosum et ideo inexpecte putant esse

quatuor uentres habere quorum quilibet habeat uicem stomachi. sed in ueritate non habet alium stomachum. totum enim suum interius est simile interiori porci. Sed epas eius in quaduplo magis est ad epas bouis comparatum et similiter maiora sunt alia interiora sua residua preter splenem qui modicus est respectu sui corporis eo quod est ossium animal et melancholia sua fere transit tota in suarum partium ossium nutrimentum. hec autem fere eadem est dispositio uentris et intestini animalium. que quidem sunt quadrupedia et ouantia sicut est species cocodrilli qui uocatur tenchea et cocodrilli species etiam ardon uocatur. Cocodrilli enim quidem genus arabice uocant cherasach et ea que dicta sunt species sunt ipsius. tale etiam est animal lacerta et sibi similia quadrupedia. quodlibet enim istorum unius modi habent uentrem et quedam quid uentrem habent similem uentri porci. quedam autem alijs animalibus uentres similes habent.

Capitulum secundum de dispositione membrorum interiorum serpentum et piscium et ouium.

Interiora uero et intestina serpentum in multis quibus sunt similia interioribus quadrupedum ouantium et precipue in interioribus lacerte. sed tamen serpens non habet testiculos intra uel extra sed habet canales siue uias que sunt similes his seminalibus piscium et matrices serpentum longe sunt in duo diuise sicut fere omnis animalis matrix diuiditur. alia uero interiora eius fere similia sunt in interioribus lacerte. sed sunt longiora et strictiora propter corporis sui aritudinem et longitudinem. Lanna autem pulmonis serpentum longissima est et similiter stomachi eorum sunt longi ualde et extremum canne superius est post os in inferiori parte aperture oris et lingue serpentum subtiles sunt et longae et nigre et fissae in duo et sunt acute in extremitate et ideo nimis protenduntur ante os eius. et in hoc conuenit lingua koky siue tituli marini. quia illa similiter est fissa. Hec iterum autem siue stomachus serpentis est strictus et longus et similiter intestino amplo quod ossimulatur intestino canis per quod exit stercus habet autem post uentrem siue stomachum intestinum subtile quod in una extremitate conueniatur per anarium sui stomachi et in alia extremitate pertingit ad anum per quem exant

superfluitates stercoris eius. habet autē cor  
prope collum suum et hoc est per longum in  
aspectu figure exterioris simile reni propter  
quod quidam putauerunt quod acumen cordis eius  
non ponatur in directo medio pectoris eius  
ad anterius. post cor autem in serpentibus est  
pulmo et in eo sunt partes dure ac si sint ner  
uose subtiles inuolute longe pendentes a cor  
de. quoniam ille sunt rē ramoꝝ arterie que  
prouenit in ipsum. post pulmonem autem in  
dextra quidam parte est epar et ideo ipsum ē lo  
gum extensum super uentrem suum. Splen  
autem serpentum est ualde paruum et rotundus  
similis spleni lacerte et serpens habet fel simi  
le felli piscium et est super epar. Fel autem pipere  
est acutissimum et maxime uirtutis abstergen  
do oculum est mirabile. quia in oculo non co  
paratur uocamento ueneni. sed saluari ad  
oculum purgandū. Quod autem dixi fel esse su  
per epar est quidem uerum in serpentibus mag  
nis. sed in paruis est super intestinum. Dentes  
autem serpentium sunt acuti et diuersi quasi non  
in uno ordine et figura existentes et coniungu  
tur sicut dentes serpe de quibus diximus su  
perius et testa capitis serpentum est os unum  
continuum solidum ualde formatum sicut pi  
ramis aliquantulum abscisa et ab una parte in  
uoluitur in se sicut domus testudinis. sed in  
uolutio non durat nisi parum et statim con  
tinuatur. Acutum autem huius pyramidalis ossis  
ad os conuertitur et in basi eius celebri ipsius  
et non sunt in osse isto fovee oculorum. sed  
rē oculorum sunt per neruos per inuolu  
tionem ossis ad cerebrum ipsius pertingentes  
et hanc capitis serpentis anothomiam ego ip  
se expertus sum. Ab hoc autem osse descendunt  
spondiles usque ad caudae extremitatem et qua  
si continue diminuunt et sunt auricule spon  
diliū eius ualde modice. In his autem per  
longitudinem corporis sunt costae inserte ual  
de multe pares numero. quia in uno latere sūt  
tot quot sunt in alio. et sunt secundum numerum  
dierum mensis huius est. xxx. et laxa iunctura sunt  
ligate cum spondilibus et sunt musculi apud  
quemlibet et nerui a mica eius exeuntes pro  
pter quod mobiles sunt huiusmodi costae omnes et utitur  
eis serpens tam in spiritalium suorum et nu  
triuorum armatura quam etiam in usu pedum rap  
pit. n. totum corpus motu illarum costarum  
Sunt. n. qui dicunt quod serpentum oculis acci  
dit hoc quod accidit oculis izundinum quod di  
delicet seccat per perforationem paruum re  
uertatur uisus in eis quando sunt in uenes.  
Constat autem quod caudae serpentum et lacerta

rum recrescunt frequenter post abscissionem.  
sed perueniunt ad longitudinem quam primo  
habuerunt. Creatio autem uentris huius est sto  
machi et intestini serpentum est similis creatio  
ni uentris et intestini piscium et est de substan  
tia duriori quam est nervosa. Est enim fere sicut  
substantia interioris tunice arterie. et hoc est  
ideo quia cibus durus non mollificatur in  
mery descendit in uentrem salium animalium  
et sepe collideretur nisi esset durus et fortis.  
Adhuc autem calorem non contineret sed in  
ceretur frigiditate circumstantis elementi esset  
durus uenter eorum. Dico autem simile esse  
uentrem serpentum uentri piscium non solum  
creatione sed etiam quia est uiscus extensus  
in longum sicut uenter piscium. Non enim di  
uersificantur uentres modorum piscium nisi  
in figura et non in numero aut creatione nisi  
in paucis ualde. In figura autem dico quoni  
am forte ipse uenter aliquorum similis est in  
testino in alijs sicut piscis qui grecis uocatur  
cheachoros qui piscis est ruminans et non est  
notus in maribus et fluminibus nostris. huius  
enim piscem oportet habere superius aliter si  
guratum uentrem quam alios. eo quod non sit ru  
minatio nisi uillis latitudinalibus cibus in os  
reprociatur et oportet cibum ante os super  
ius stomachi referuatum esse. Genera autem  
piscium et multa autem proprium membrum  
inueniunt habere et huius est quod habent ramos  
exeuntes a suis intestinis tanquam unum intestinum  
in multa diuidat sicut manus diuidit in digi  
tos et hoc inuenitur intestino salmonis et in  
testino piscis qui similis est anguille. sed non est  
anguilla sed breuior eo. et magnū huius epar ro  
tundum qui apud nos uocatur alcuta et quidam  
uocant eum alrupe. quidam autem simpliciter rupta uo  
cant. Sed aues quaeque intestina predicto modo diui  
dunt non sunt note apud nos. sed rami isti sunt  
in aibus in parte inferiori cordis tanquam sint  
in loco uene per quem cibus currit inter cor  
et epar. In piscibus autem sunt in parte supe  
riori intestinoꝝ et forte erunt multi sicut in  
salmonis et forte paucae sunt in quibusdam alijs  
Multi autem piscium carent ramis illis. sed  
habent intestina indiuisa sicut et alia anima  
lia. Amplius autem in speciebus maiorum  
auium est magna diuersitas suorum interio  
rum maior quam sit in alijs animalibus que sub  
uno communi genere alia genera subalternan  
tis continent sicut genera piscium et quadru  
pedum et huiusmodi. quedam enim huius generis  
animalium habent in anteriori suo sub collo  
interius papam quod est a quibusdam dicta struma

et a quibusdam uocatur uesicula. eo q̄ crea-  
 tio eius est ex tela neurali sicut uesica sicut  
 gallus et colūba et perdix et spuerius et alie  
 hmoi aues et creatio hui⁹ pape est ex corio  
 siue tela magna profunda extensibili scdm et  
 bi tumescens et in ipso continetur cibus in  
 digestus. et causa huius est quia stomachus  
 talium auum est paruum et aliquando ipse  
 carnis et dure et non extensibilis in quo non  
 potest reponi cibus nisi prius amittat tumo-  
 rem inflationis sicut in gallina et anseze. Est  
 autem h papa in quibusdam auum parua et  
 quasi rotunda sicut in speruerio et columba.  
 in quibusdam autem per maxima ascendens  
 in collo usqz ad lingue radicem sicut in ansef  
 et quedam est auis alba maior q̄ signus c⁹  
 extensio alarum excedit quantitatem extensio-  
 nis brachiorum hominis in utraqz parte et  
 h̄ habet papam rubeam exterius prominen-  
 tem per maxime quantitatis sicut sit magnus  
 saccus et continuatur ad radices lingue eius  
 et est auis aquatica ualde longi rostri. extre-  
 mum autem superius huius pape in omnib⁹  
 papam habentibus est magis angustuz q̄ in-  
 ferius ubi ad os stomachi superius cōtinus  
 tur. et post extremum superius continue am-  
 plificatur et extremum inferius eiusdem pa-  
 pe strictius est aliquantulum q̄ superius os  
 stomachi q̄ sit ne cibus ad stomachum cito  
 crudus et intumescens descendat. Venter aut̄  
 auum quarundam siue stomachus creatur  
 ex carne durissima fere inter omnes carnes  
 omnium animalium et interius operit tuni-  
 ca dura ualde et forti. eo q̄ frequenter dura  
 permixta lapidibus in ipsum traiciunt et le-  
 deretur a talibus si esset immunitus. h̄ autez  
 tunica facilliter excoriat a stomacho ipsarū.  
 quid̄ autem maiorū auum non hnt papam  
 sed loco eius habent mery amplum ualde p-  
 minens ante collum. Aliquando aut̄ nō hnt  
 amplitudinem nisi in inferiori parte ubi uici-  
 natur stomacho in coruo et aue que guides  
 uocat que scdm quosdam est falconū genus  
 Loturnices etiam hnt illud qd̄ ex h̄ membro  
 uicina stomacho latū et similiē bubo et ansef  
 agrestis scdm omne genus suū et aquosus an-  
 ser similiter. Amplius autem quid̄ modi spe-  
 cies auum inueniunt qui hnt stomachos et  
 ventres quoz in quibusd̄ partibus creatio  
 est ex simili substantia sicut substantia pape.  
 Quid̄ aut̄ auū uentrem istoz hnt. os. n. sto-  
 machi siue mery non hnt papam sicut pica et  
 graculus. hnt autem loco huius ventrem et  
 et stomachum longum. et hoc est precipue

auum paruazum sicut byrundinis et passe-  
 ris. Tamen pauce aues carent papa et latitu-  
 dine mery respectu earum que habent eam.  
 Quedam tamen habent longitudinem mery  
 ualde sicut ille que habent longum collum si-  
 cut grus et ardea et stomachus harum auū-  
 um est humidus. quia et tales aues aquatice  
 sunt et ordinauit eis natura longum collum  
 ut per aquas ad locum cibi possint penetrare  
 Loturnices uero hoc habent propriū q̄ et  
 papam habent et os stomachi latuz est et am-  
 plum. Intestinum autem uolatilis quod sub-  
 tus stomacho continuatur et subtile strictum  
 et eius inuolutio non est superius ubi attingit  
 stomachum. Sed inferius in quibusdam  
 piscibus. Nō enim in omnium piscium mod⁹  
 est inuolutio intestini. sed in pluribus et simi-  
 liter est in quibusdam auibus ut in gallo et  
 modo specierum anserum et forte et in mul-  
 tis auibus parui corporis. sed parua est in-  
 uolutio illa sicut est in passere.

Lapitulum tertium de membris ge-  
 nitalibus animalium omnium scdm  
 compositionem ad genitalia ho-  
 minis.

Eliminatis autem sic membris in-  
 terioribus animalium et numero  
 eorum. Oportet tangere etiam mo-  
 dum membrorum generationis in ordine et  
 serie sermons libri istius in quo intendim⁹  
 comparare membra animalium membris ho-  
 minum. h̄ autem testiculi sicut et uasa semia-  
 ria sicut in antehabitis pmissum est. Ista. n.  
 que sunt membra generationis non in omni-  
 bus apparent extra et precipue in feminis. in  
 hys aut̄ magis occultant q̄ in marib⁹. masculi  
 in istis mēbris mltā diuersitate diuersificant  
 os ergo primū scire q̄ quod̄ aliū hntiū san-  
 guine carēt oio testicul. que d̄ aut̄ masculina  
 eoz hnt testiculos itra i locis diuersi corporū  
 suoz. qm̄ in qbusd̄ applicant sup spōdilia re-  
 nū. in qbusd̄ at̄ applicant spōdilib⁹ ventris.  
 In qbusd̄ at̄ suspēsi eē absoluti ab applica-  
 tione ad aliqd̄ mēbz sed sūt p se. eoz at̄ mō  
 et rirga in quibusd̄ alibus est ligata ad ven-  
 tē et in qbusd̄ est absoluta dependēs sicut  
 in anhabitis diximus. Adh̄ aut̄ hāc etiā di-  
 uersitatē in collū uelice dispositōne. qm̄ que d̄  
 alia minūt̄ anrius et que d̄ minūt̄ posteri⁹  
 que oia in anhabiti dicta sūt. os at̄ scire q̄ n-  
 lus mod⁹ pisciū hz testiculos neqz aliqd̄ eoz  
 q̄ hnt brachos p quos p mod⁹ inspiratiōnis  
 attrahit et eicit aquā. neqz omino aliqd̄ gen⁹



Serpentum neq̄ aliquod animal carens pedi-  
bus et cum hoc generans sibi simile in utero  
suo preter delphinum et cete et huiusmodi de  
quibus in prehabitis fecimus mentionem.  
Genera uero uolatilium habent testiculos ap-  
plicatos spondili illi qui dicitur spondilis re-  
num in animali q̄d habet renes et eodem mo-  
do habent dispositos testiculos quadrupe-  
dia ouantia ut lacerta et hardon et hericus  
marinus. Animal uero habens testiculos in-  
terius ad uentrem est sicut delphinus et cete  
balene que calone grece uocatur et huiusmo-  
di animalia h̄is similia carētia pedibus et ge-  
nerantia sibi similia in utero. Animal autem  
quadrupes generans sibi simile interius ha-  
bēs testiculos est sicut elephas. Animalia ue-  
ro que superius dudum diximus testiculos  
habent extra a fine uentris pendentes extra  
apparentes ut in homine pendēt testiculi in  
quibusdam continuantur ad uentrem uel co-  
xam et non sunt pendentes sicut in porco et  
apro. Serpentum autem genera non habent  
omnino testiculos, sed habent duas si-  
cut canales descendentes a loco dyasfragmati  
usq̄ ad partem spondilium ubi deficiūt teste  
et ubi concurrunt in unum orificium quod  
est quid̄ porus qui est aliquantulum supra  
anus per quem est exitus superfluitatū apud  
spinam dorsi et iste due uie in tempore luxu-  
riationis et libidinis sunt plene semine albo.  
q̄d quid̄ ex hoc manifestum est. quoniam ipsa  
exprimuntur ligno uel manu statim exiens  
ex ipso manat albus humor qui est semē ma-  
ris sicut in piscibus. Diferitas autem canali-  
um istorum siue uiarum non apparet sensui.  
nisi per ualde subtilem inclinationem et anotho-  
mia. inferius autem dicemus dispositionem  
utriusq̄ earum. Similiter autem omne ouās  
habens duos uel quatuor pedes habet du-  
os testiculos applicatos spondili ad quem  
ligatur dyasfragma sub dyasfragmate eodem  
et h̄is quid̄ in quibusdam sunt albi et in qui-  
busdam sicut citrini et in quibusdam apparet  
color eius per se et in quibusdam sunt coop-  
ti et inuoluti pannis contextis et ex quibus-  
dam uenis subtilibus quasi capillaribus et ca-  
nales sunt meatus horum testiculorum per  
quas affluit. spermata concurrunt ad unum  
porum qui est directe supra anum per quem  
est exitus superfluitatū stercoris et sc̄dm hoc  
etiam diferentiantur animalia. quoniam in q̄-  
busdam paruis non apparet. In magnis aut̄  
sicut in anserē et gallo apparet manifeste et ali-  
quando non apparet. h̄is testiculi tempore ca-

stitatis et tempore coitus quando implentur  
semine apparent tumescētes. uie autem iste  
testiculorum descendunt per spondilia retro  
et applicantur sub uentre et intestino per q̄d  
exit superfluitas. Ibi enim est magna uena a  
qua et exeunt due uene que sunt uie procedē-  
tes ad utrumq̄ testiculorum et hec aportant  
sperma q̄d maturat in testiculis. Iste. n. uie  
ab hac uia procedentes sunt etiam in piscibus  
sc̄dm eandem quā diximus dispositionē pre-  
h̄ q̄ non sunt terminate ad testiculos, sed po-  
tius terminantur ad substantiā lactis ipsorū  
que distillat per uenas illas et in piscibus te-  
pore coitus sunt plene semine albo sicut pre-  
diximus et quia tunc tument ideo apparent  
tunc. Alio autem tempore cum cōtrahuntur  
ex natiuitate sua latent. Similiter autem ante  
tempus coitus testiculi autem sunt parui la-  
tentes. in tempore autem coitus magnifican-  
tur. hoc autem precipue apparet in turturib̄  
et perdicibus et hec est causa q̄ multi opina-  
ti sunt turtures et perdicēs qualdā alias aues  
testiculos in hyme non habere. ¶ Amplius  
autem testiculi quorundam animalium interi-  
us sunt applicati apud uentrem suū sicut del-  
phini. Quorundam autem testiculi sunt ex-  
tra in ultimo uentris sui et in alijs sunt ali-  
quo modo simili dīctorum animalium com-  
positi et situati. nec est inter eos diferitas. ni-  
si quia testiculi quorundam sunt prominen-  
tes per se quasi distincti. et quorundam ani-  
malium testiculi sunt in corio cooperiēte eos  
et sc̄dm hunc modum est dispositio testiculo-  
rum in omnibus animalibus gressibilibus  
sibi simile generantibus. et ab arteria que uo-  
catur orthy descendentes exeunt due uie duo-  
rum ramorum eiusdem arterie et perueniunt  
ad extremum utriusq̄ testiculorum portan-  
tes eis uirtutē cordis et sp̄s et uitā. a renibus  
aut̄ exeūt duo aliqui rami cuiusd̄ uene que s̄  
uie sanguinis et sūt plene sanguinis et portāt  
eis nutrimentū et semen q̄d in ipis albecit te-  
sticulis. uie aut̄ que exeunt ex orthy descen-  
dēte carēt sanguine sufficienti ad nutrimentū  
par. n. h̄nt subtilē sanguinis et multū de sp̄u  
q̄ pullat in ipis. Illis autem ujs deriuatis in  
testiculos exit etiā ab uno extremo utriusq̄ te-  
sticuli uia uene que est magis spissa et tumēs  
pp̄ semen in ea conceptū q̄ sic uia ueniens  
ad testiculos et est sicut sit nervosa magis sp̄sa  
ut diximus et post exitū ortus sui in uno  
capite globi testicularis sit tortuosa reuoluē  
se circa testiculum donec uenit ad illud caput  
testiculi et similiter sit in secundo testiculo et



tunc ambe egredientes de testiculis concu-  
runt ambe due in capite uirge et emittunt se-  
men in canalem urine. In radice autem uirge  
uicinantur quod et inrant in substantiam uir-  
ge et in flatione uirge comprimuntur ad ex-  
pressionem spermatis quod conceptum est in  
ipsis. Ille autem due vie que sic protendunt  
a testiculis in substantiam uirge cooperiunt  
tela una panniculari et colligantur et ideo ali-  
quis aspiciens et non distinguens eas subtili-  
ter forte opinabitur eas unam et eandem esse  
viam nisi distinguat diuisione subtili in eas  
In istis autem duabus vijs que sic exiunt a  
testiculis minor est humiditas uocat semina-  
lis q̄ sit humiditas sanguinis clari et subtilis  
que exit ab orthy que est humiditas nutriti-  
ualis et continua. eo q̄ multo minus q̄ h  
ponit in semine q̄ in nutrimento. In vijs ue-  
ro istis que sic procedunt ad uirgam. inueni-  
tur humiditas alba seminalis. una autem via  
etiam exit a uellica per collum eius q̄ in ra-  
dice uirge incorporat et procedit ad superio-  
rem partem uirge et per illam effunditur uri-  
na. Nos enim in superioribus ostendimus  
tres vias esse. Quando autem ascendunt te-  
sticuli tunc contrahuntur vie ille que ueniunt  
ex testiculis per quas est exitus spermatis.  
Aut etiam si forte contenduntur testiculi ani-  
maliū quando parui sunt in iuuentute tunc  
etiam nie ille concludunt. aliquando autem  
contingit per ementulationem. Jam aut con-  
tingit castrari tunc et subito post quasi in eas  
hora cum vacca concubuit et vacca ab eo co-  
cepit et peperit. Quidam autem sacerdos in  
partibus Brabantie deprehensus est cum dua-  
bus cultatis uxoribus ementulatus postea  
cum utraq̄ concubuit in utraq̄ sicut ipse  
mulieres dixerunt semen coitus proiecit hoc  
autem profecto euenit ex h tam in tauro q̄ i  
clerico q̄ iam a globis testiu maturatu seme-  
infusum erat canalibus predictis qui sunt in  
globos et uirgas. et h semen postea per coi-  
tum exiit et facta est materia conceptus. eo  
q̄ ante testium euulsionem in ipsis testibus  
fuerat maturatum. Est tñ difficilis q̄o utrum  
testiculi necessarij sint ad impregnationem ad  
coitum uel sint ad bene esse tñ. et h in sequen-  
tibus subtiliter est determinanda. h est igitur  
dispositio testiculorū alium et creatio diuer-  
sitas et situs ipsorum.

Capitulum. viii. de diuersitate matricum  
animalium generantium uel oua-  
rium. 7c.

Matrices autem animalium diuersantur  
ualde et non tñ in gñantibus sibi simi-  
le. sed etiam in ouantibus et iam quid in ano-  
thomia diximus q̄ cornua que sunt superio-  
res matricum extremitates in duo distinguū-  
tur ita q̄ si matrix excozaret ab exteriori tu-  
nica uiderent esse due matrices ad unum os  
vulue applicate. una autem suarum distinctio  
num inferius tendit in sinistrum uersus utrum  
q̄ ylion et capita istarum distinctionum infe-  
rius continuata sunt ad unum inferius. orifi-  
cium. n. matricis est sicut canna uacua conca-  
ua et hoc est quod uocatur collum vulue. et  
creatio eius est ex carne neuosa propter q̄  
est sensibilis delectationis ualde et hoc est ei-  
am in multis animalibus est fixū in duo i su-  
periori suo. non autem hoc dicimus nisi q̄a  
quod in multis animalibus sit distinctum in  
duo orificium sicut canna de quo diximus euz  
h fissura tendit tantū uersus superius ad lha-  
lamos matricis et inferius iunctum est sicut  
nazarabimns inferius. Generalit̄ igitur om-  
nes matrices animalium generantium sibi si-  
mile habentibus duos aut quatuor pedes sunt  
sub pariete disposite uersus ossa yliorum ut  
in mulieribus et feminis canum et porcorū  
equorum et taurorum et omnium cornua ha-  
bentium. omnia enim in hoc. hec enim ma-  
ta co-  
ueniunt et matrices eorum habent super sua  
extrema que uocantur cornua matricis in-  
uoluntiones et tortuositates rugosas. Matrices  
aut eorum que ouant extra se emittentia ipsa  
oua diuersificat ualde. matrices. n. cuiuslibet  
uolatilis disponunt sub pariete dyaphragma-  
superius apud dorsum. Matrices autem pi-  
sciu disponunt in inferiori uentris sui. Et h  
signum est q̄ locus qui uulgarit̄ uocat hab  
onorum est adherens dorso in gallinis. pisciu  
aut matrices plene ouis non inueniunt in in-  
feriori totius longitudinis uentris sui pro-  
tense sicut etiam inferiori uentris disponunt ma-  
trices. duos aut quatuor pedes hñtū gñan-  
tū sibi simile al. q̄a ubi tendit ad os vulue.  
Matrices aut pisciu sunt subtiles longe crea-  
te ex tela nervali et q̄a ptes matricū piscium  
sunt longe sibi continue applicate putant nō  
habere distinctionē in duo et oua putant esse  
in vase uno. Non tñ est sicut dicit opinio ac-  
cepta per sensum. sed sunt oua distincta i dua-  
bus partibus matricis dextra et sinistra et iō  
cum coquuntur distinguuntur oua in duas  
acies per medium diuisa distinguuntur etiam  
per multas ptes ppter diuisas pellicularū ma-  
triciū intersecationē. matrices uero uolatiliū

generantiū habent cannas inferius que creantur ex carne durissima ut suslinere possint testas ouoꝝ et alia pars eiusdem canne que est uersus parietē et est ex tela subtili ualde ne parietem impingat et rūpat et illa quōd tela apparet esse scđm dispositionē dictam in magnis auibus et si aliquis insufflauerit inferius collū matricis quōd canne assimilat et quod ē collum ruluē tumescit et inflat tela matricis usqꝫ ad dyafragma. In paruis autem auibꝫ non adeo apparet. hec igit̃ est dispositio matricum in quadrupedibus ouantibus ut sunt lacerte et rane et hmōi. ¶ Horum uero omnium 3 inferiora colla matricū creant̃ ex carne ueruosa et oua que sunt in eis sunt in duo distincta p̃tensa superius uersus parietem. ita tamen qꝫ sunt sub ipso pariete. Animalia uero bipedia et interioris quōd ouantia et patientia extra al̃ cum testa emissum hñt autem matricēs distinctas in duo et sunt ambe distinctiones incipientes sub pariete et ita cōtinue descendentes sicut in generibus ouantiū que sunt uolatilū et oua eozum in superiori parte sunt duarꝫ distinctionū. similiter alijs uersus parietem sed ampliant̃ cōtinue matricēs eozū descendentes et ideo superius quōd i talibus conceptū format̃ in omni quōd descendit ad amplitudinē inferiorē crumpat et sit al̃ fo. cum calore uteriori et tunc emittit matricē simul testam ouī et al̃ formatū. et h̃ est manifestum in omnibus alibus quozꝫ genus in greco halce uocat̃ quōd sonat apud nos piperus et in generibus celestis qui sunt pisces serpentini sicut in prehabitis diximus. Leon enim quōd est genus celestis nō uocamus nisi al̃ marinum quōd h̃z duos pedes et auriculas et est longum sicut serpens et gñat̃ al̃ sibi simile ex utero quōd a principio in quo cōceptū fuit hec aut̃ diuersitas matricū alium quam diximus per subtilitatē apparet anothomia. ¶ In matricibus aut̃ genēz serpentū est etiam diuersitas tam ad matricēs alium alioꝝ q̃ ad seinuicem in genere suo. Omnia aut̃ gña serpentum faciunt oua p̃ter tyrum ut dicit ap̃l. et est corrupta sua licca. quia ille qui uerus tyrus est notus est apud nos et sit ex ipso tyriaca et facit oua. Sed serpens qui gñat̃ al̃ ē p̃pera que etiam sepe cū uerus eius cōprimis emittit animalia duo uel unū et aliquando plura et h̃ serpens primo in superiori sue matricis concipit oua. deinde calore uteriori ex ouo efficitur animal anteqꝫ ex utero egrediatur. et ideo sue matricis creatio similis est creationi matricis animalis marini quod pri-

us celestis appellauimus in longitudine et firmitura superiori et amplitudine inferiori. matrix autem serpentum est longa scđm dispositionem corporis serpentini. et matrix quōd serpentis incipit ex parte inferiori et procedit superius in utraqꝫ parte spine dorsi serpentis et utraqꝫ partium matricis est similis cuidam uie siue canali que procedit a parte dyafragmatis et in ea sunt oua posita scđm acies in utraqꝫ parte et cum serpens ouat nō ouat omnia simul cōtinue. matrix uero serpentum ouantium simul interioris et exterioris est supra uentrem sicut matrix piscium. Generantium autem animalia est prope spondilia ouantium autem intra et generantium animal extra media est inter duas. pars enim matricis illius in qua est animal est prope spondilia. et pars a qua primus est exitus ouī que est locus ouorum est supra intestinum. In creatione autem matricū est etiam alia diuersitas quoniam animalia habentia cornua et carentia dentibus superioribus anterioribus habent in matricibus uenas multas apparentes et tumescentes quando fuerint impregnata et similiter quedam animalia habentia dentes i utraqꝫ mandibula sicut mus et uespertilio et sibi similia et habentia pedes habent lenes matricēs et additamenta que sunt in eis sunt dependētia ab ipsa matrice sicut partes eius et non sunt partes fortiores uene uel ramorū eius que uenit ad matricem sicut diximus in anothomia. ¶ Scias autem qꝫ omne animal pingue minus habet seminis q̃ aliud propter frigiditatem adipis sui. de h̃is autem inferioris exequemur.

**I**ncipit liber tercius alium qui totus ē de origine similitū membroꝝ que sūt in animalibus. Tractatus primus est de anothomia uenarꝫ et sanguinis et origine istorū duozꝫ et de origine neruozꝫ. vi. in que intentio libri et de opinionibꝫ antiquozꝫ.

**D**e origine uenarꝫ et sanguinis alium.

Ecquā diximꝫ est dispositio membroꝝ alium que non sunt sibi similia in spe una aut genēz uno. Sicut. n. diximꝫ ē dispositio eozꝫ tā in partibꝫ eozꝫ occultis q̃ in partibus exterioribus manifestis. membra uero similia que homogenea dicunt̃ inueniunt̃ in partibus cuiuslibet alis et uniuersalior quōd pars inuenta in oibus at̃ plibus

est sanguis aut id quod est loco sanguinis. Et quia vena est uia sanguinis ideo post sanguinem utilior est pars vena et precipue membrum in quo est vena sicut in sua origine et post istas partes generalis pars et remotior a substantia est sanguis subtilis aquicus qui nondum adhuc sufficienter est coloratus et perfectus secundum complementum digestionis. post illas autem partes est caro uel id quod est loco carnis que generatur ex sanguine aut ex eo quod est loco sanguinis quod est consimile carni et proportionatum ei in non habentibus sanguinem et post illud est os et sibi consimile in non habentibus os. sed aliquid ossi proportionatum. sicut est spina in piscibus et serpentibus et cartilago in animalibus quibusdam neque os neque spinam habentibus sicut est piscis bala uocat quod nullum omnino habet os aut spinam nisi in capite. et habet piscis habundat in danubio et est magnus habens rostrum magnum sicut sturio et post haec membra in animalibus inveniunt quasi generaliter membra similia cutis et tela. Cutis enim totum inuoluit corpus exterius. Tela autem siue panniculos multa inuoluit membra interiora. cum his autem similia membra sunt neruus unguis et pili et similia his. Adhuc autem sepum et zibum et supfluitas stercoris habet. licet non sit pars est tamen aliquid animalis cum his autem sunt humores qui sunt purgamentum sanguinis sicut fleuma crudum secundum omnem sui uarietatem et utraque colera rubea uidelicet que colera absolute uocat et nigra colera que uocat melancolia. quia aut in hoc libro tercio disponimus loqui de originibus membrorum similibus que sunt in animali et quia nos ponimus quod sanguis et vena sunt principium creationis membrorum omnium que creatur ex corde. ideo prius uideat esse loquendum de istorum duorum origine sanguinis uidelicet et uene. tunc enim melius etiam sciemus ea que originantur ex istis. Hanc autem sollicitudinem indagacionis oportet subire. ideo quod antiqui naturales incopete et insipienter fallacia ferentes signa tractauerunt de originibus istorum. Causa autem ignorantie eorum fuit difficultas speculationis per sensum in anothomia membrorum. nulla enim et extensio magnarum uenarum non satis clare manifestat in corporibus mortuorum animalium qui antiqui anothomici diuidebant et ideo multo magis errauerunt in uis contra. habent enim uene in congelato mortuo corpe subito et si occiduntur alia exit sanguis ab eis et infrigidant et ideo phunt et occultant. Adhuc autem in quibusdam

membris corporis aut non est sanguis aut modicus est sanguis et uene que in illis sunt non tument. Sed latent precipue in mortuis corporibus in quibus frigiditate mortis contrahuntur. post mortem enim modicus sanguis manet in membris nisi forte in corde et ibi manet modicus. In corporibus autem uiuorum non possunt inspicere satis diligenter origines uenarum. quoniam maior pars uenarum est tacta inferius ad quos non peruenit uisus. Antiqui autem phylosophi studentes anothomie corporum animalium non aspexerunt originem et principium primum magnarum uenarum pulsantium et quictarum in corporibus mortuorum. sed tantum dixerunt ramificationem uenarum a duabus magnis uenis non curantes et de origine carum. Alij autem quidam antiquorum non distinxerunt determinantes principia uenarum. sed hoc quod exterius poterant percipere in corporibus maceratis in quibus uene magis extenduntur. macros enim uiuos distendebant et sic aspexerunt extensionem uenarum. Corpora autem membrorum in aquam rapidam contra ictum fluminis extenderunt ut quando impetu aque lota est caro mollis et corpora sic macerata nuda patebat uenarum et neruorum extensio nec alia arte usi sunt inquirenda origine uenarum et neruorum et hoc non sufficit. eo quod uene intrant et exeunt plura membra et potest ex hoc credi quod orientur ab ipsis. Sed nos oportet coniungere rationem cum sensu et soluere obiecta. tunc enim uere sciemus omnium partium similibus origines que sunt in corporibus alium. Accipiamus quocumque de his dicta sunt de antiquis ut bene dicta discernamus a proprio modo habentibus. Antiquissimus igitur perlatum phis que arabes spazmoz cabronensem uocat. Aut. autem uocat cum thesilu phaz quibus talem millesium hunc esse putant. narrat ortum creationis uenarum secundum hunc modum dicens. Creatio uenarum secundum quod dico exeunt due uene ab orbitis oculorum et supcilioy et procedunt ad partes colli et descendunt ad dorsum et reflectunt interiorius ad partem pulmonis et reflexio earum a dorso est sub mamillis. et deinde secant se. eo quod una procedit a parte dextra in sinistram et alia a sinistra in dexteram et et transeunt per epas in epate se secantes et tunc pars una que transit per epas procedit ad renem dextrum et testiculum dextrum et ea pars que uenit a sinistro latere transit per splenem uenit ad renem et testiculum sinistrum. et exinde diuiduntur et sparguntur



tam coxam et crurium et aliorum omnium membrorum. ¶ Sententia igitur huius hominis est uenas habere ortu a cerebro anteriori et exinde ramificari in totum corpus superius et inferius a dextris et sinistris et ante et retro et exterius et interius. duo autem esse principia earum propter duas camereas cellule anterioris partis cerebri quas in primo huius scientie libro determinauimus. et iste homo non distinguit inter uenas et arterias et nervos sed pro eodem habuit hec tria. ¶ Dyanoz autem bronensis quem nos dyagenem uocamus et auicenna dyaquillum uocari dicit. narrat originem uenarum secundum hunc modum. Dicit. n. quod uene magne que sunt in corpore hominis extenduntur ex parte que est uenter et procedunt in spinam spondilium dorso et a dorso quibus una earum procedit ad dextrum et altera ad sinistrum. deinde reflectuntur superius ad partem corporis que est caput et perueniunt in uia sue ascensionis ad duas conuinitates furcularum que sunt inter spatula utraque et ossa quibus colligatur pectus et ibi diuiduntur in multas partes et sparguntur per totum corpus et ramus quidem qui ex eis est dextro procedit in sinistrum et conuersio. ramus qui ex eis est in sinistro procedit in dextrum. Adhuc autem ex ipsa ramificatione dictarum duarum uenarum exeunt due uene magne a parte spondilium dorso et uadunt ad partem cordis. Alie autem due exeunt a dorso superiori loco que dicte et procedunt ad partes pectoris et deinde subascellaria procedunt ad partes manuum donec pertingant ad palmas quarum una dicitur splenis et altera epatis et utraque quidem harum in duo diuiditur et una procedit ad pollicem. alia uero ad radicem palme in rasceta et ibi ambe due iste sparguntur in multas partes et sparsio ista fit per residuum manuum et digitorum. Adhuc autem a primis uenis de quibus diximus exeunt alie due uene subtiliores que sunt iste. de quibus diximus. Quarum una a parte dextra egrediens procedit ad epar. Alia autem que oritur a sinistra procedit ad splenem et ad renes ulterius descendit. Uene ergo extense et procedentem coxam ramificantur a radicibus coxe siue a iuncturis cozarum quod idem est et transeunt per totam coxam et maior ramus ex eis procedat ad posterius coxe et ubi intumescens apparet grossa. Alia autem similiter procedit ad posterius coxe que est minor que predicta. Deinde ambe extenduntur et procedunt ad partes crurium et pedum ad simili

itudinem uenarum que procedunt ad manus et palmas et radices digitorum. Adhuc autem secundum hunc phylosophum multe alie uene exeunt a uenis magnis quas prius diximus et procedunt ad regionem uentris et laterum que sunt ualde subtiles quasi in gracilitate capillorum. Ille uero que procedunt ab ipsis superius ad caput extense ex parte domestica capitis apparent in collo magne et ille sunt due que in processu suo ad caput ramificant in multas que sparguntur in capite. et quedam carum procedunt a sinistro ad dextrum et quedam conuerso. et prouentus earum est prope aures. Adhuc autem in collo est una uena que diuiditur in duos ramos et procedit eius utraque pars ad propinquum uene magne. ¶ Nec tamen est minor ea et ad hanc plurime perueniunt que a capite descendunt et reuolute procedunt ad domesticum colli et illi submerguntur profundate interiorus et postea emergentes retro procedunt ad membra que uocantur girationes spatularum hoc est ibi adiutoria brachiorum recipiuntur in plicis spatularum. Exinde procedunt per cubitum ad manus in inferiori parte focillum prope uenam que uocatur epatica siue uena epatis que subtus iacet in asseyd brachiorum et procedunt etiam prope uenam splenis que splenetica uocatur. Sed in quantitate uena hec est minor dictis duabus. Signum huius dicit esse quod cum homini contingit dolor in parte illa intumescunt ubi uene. et cleuate ad superficiem aliquando ubi apostemantur uene que sunt in circuitu stomachi siue uentris prope uenam epatis et splenis extenduntur sursum et procedunt per ascellas et brachia ad partes manus et quedam etiam earum non tamen ascendunt ad partes medulle que est in spondilium et per spondiles descendens peruenit ad partes renum et deinde descendit in corporibus uirorum ad testiculos. ¶ In corporibus autem mulierum ad matricem. ¶ Adhuc autem dicit dyogenes et uene prime a quibus omnes iste ramificantur exeuntes a stomacho et uentre in primis ortibus suis sunt ample. ¶ Deinde gracilantur per diuisionem donec mutantur per collectionem ramorum in unam ad quantitatem primam restaurare et flectuntur a dextro in sinistrum et conuerso. et ille uocantur uene seminis apud eum. eo quod portant semen ad uasa seminaria. Sanguis autem spissus et grossus a quo eliquatur subtilius in seminis substantiam inhibetur a carne et

fugitur ab ea ab orificijs uenarum in locis  
 membrorum diuersis. Ille uero qui rema-  
 net in uenis subtilis mixtus cū spuma graci-  
 li propter multū spm qui est in eo. Iste igit  
 est sermo dyogenis et discipuli eius quē faci-  
 nos corrupte arabes uocant quē gēliā uocāt  
 grecorum antiqui. Sic enim tradiderunt de  
 origine uenarum et est summa intētionis eo-  
 rum q̄ uene oriuntur ex stomacho ex duo-  
 bus ramis uenarū que ex utroq̄ lateze sto-  
 machi egrediuntur. Alia autē adhuc est que-  
 dam antiquorum sententia de uenarum ori-  
 gine quā inuenit quidam qui blamos quidē  
 ab arabibus. Ab autē autem dicitur ome-  
 lionius. Est autem ut quidam opinantur h̄  
 quilmellius uocari consuevit. Alij autem ha-  
 bent quendam mendicum cyrcugicum fuisse  
 arbitrantur. quicunq̄ autem fuerit non mag-  
 na vis est. quia nobis de dicto potius q̄ de  
 dicente est questio. Dicit ergo iste q̄ omnes  
 uene que ramificantur in corpore per diuer-  
 sa membra exiunt ex quatuor paribus uena-  
 rum que sunt uene magne et prime par vnum  
 quidem exit a posteriori capitis procedens  
 ad colli partem et pertransit partem corporis  
 in qua sunt spondiles usq̄ ad os anche et in-  
 de prouenit ad crura et ad calcanei partē do-  
 mesticam et deinde reflectitur ad siluestre eius-  
 dem calcanei et intrat in plantam pedis et ibi  
 ramificatur et de pari isto vna quidē uena de-  
 scendit in vna parte dextra videlicet et altera  
 in sinistra. Huius autem signum esse dicit q̄  
 medici circa dolorem dorsi precipiūt fieri mē-  
 tionem a posteriori parte genuum et in si-  
 nistra parte calcanei q̄ non iuuaret nisi uena  
 per dicta loca descenderet. par autem secundū  
 exit etiam a lateze capitis sub ossibus petro-  
 sis et transit per auriculas et deinde procedēt  
 ad collum et huius signum est q̄ hoc par ve-  
 narum uocantur uene decollationis. deinde  
 ueniens per spondilia et dorsum pertingit ad  
 testiculos et exinde reflectens ad coxas tran-  
 sit per genus et crura et pertingit ad domesti-  
 cum calcanei et inde ramificatur in pedum ra-  
 sceta et digiti. Huius autem iterum signum  
 dicit esse q̄ medici precipiūt minui in hac ue-  
 na circa dolorem dorsi et testiculorum. par  
 autem tertiam ut dicit iste procedit a mēcha  
 que est in spondilibus colli et uenit ad gira-  
 tiones spatularum nisi adiutoria spatula con-  
 iungantur et deinde reflectitur ad interiorē pe-  
 ctoris et uenit ad pulmonem et vna uena illi-  
 us quando ad interiora a giratione spatula-  
 rum procedit protenditur a dextro ad sini-

strum et transiens sub mamillis peruenit ad  
 splenem et ad renem sinistrum. Alia autem ue-  
 na eiusdem paris que peruenit a sinistra in  
 dextrum transiens per mamillas etiam perue-  
 nit ad pulmonem et uadit ad epar et tunc ra-  
 mificantur ab ea duo ramuli qui procedunt  
 ad anum. par uero quartum oritur quidem  
 ab anteriori capitis per orbitas oculi perue-  
 niens ad inferiorē colli et pertingit ad super-  
 fluitates ad profunditates furcularum que  
 sunt inter duo spatulazia et ligantia pectus.  
 deinde extensum per adiutoria et cubitos su-  
 per focilia transit per brachia ad radices que  
 sunt radice palmarum et deinde reflectitur p  
 brachia ad subascellaria et ad latera ex parte  
 superiori laterum intrant interiorē donec sini-  
 stra quidem uena illius paris prouenit ad  
 splenem. dextera autem ad epar et abinde am-  
 be extense supra uentrem a quo fit tractus ali-  
 menti perueniunt ambe ad locum generatio-  
 nis semen locis illis ministrantes. Iste igit  
 est sermo antiquorum in narratione ortus  
 et diuisionis uenarum. Fuerunt etiam quidā  
 naturales alij qui de ortu et diuisione uena-  
 rum scripserunt. sed non subtiliter et cum ra-  
 tione aut experimento et ideo sunt non dig-  
 na recitatione ea que dixerunt. fere autē om-  
 nes isti opinantur q̄ principium uenarum  
 ex parte capitis et cerebri ratione illa. Quia  
 putabant hoc esse principium uenarū i quo  
 plures et nobiliores et celestibus magis simi-  
 les sunt anime uirtutes. Hoc autem est ce-  
 rebrum in quo sunt uires animales et intelle-  
 ctuales et ymaginatiue et sensibiles et recor-  
 datiue et motiue. Cum enim anime actio sit i  
 cibi potius q̄ nature in hīs qui uiuunt uita  
 manifesta opinati sunt uasa cibi deferre uir-  
 tutes anime et eosdem suos effectus effluere  
 cibo in uenis que uie et uasa sunt nutrimenti  
 hoc autem non est necessarium. quia non in-  
 fluit anima uirtutem cibo quam operatur in  
 cerebro. Sed potius illam que est cordis si-  
 cut in sequentibus declarabimus. media au-  
 tem trium inductarum opinionum a stoma-  
 cho dixit oriri uenas. eo q̄ uenter siue sto-  
 machus et intestina in quibus completur nu-  
 trimentum sunt sicut fons primus nutrimen-  
 talis humidū propter qd uenas ab ipso ven-  
 tre oriri dixerunt que sunt canales humidū  
 nutrimentales sicut deriuantur riuū a fonte.  
 Hī ergo has et tales sue opinionis induxe-  
 runt rationes non recte. aut inuenerunt isti  
 uenarum principia. eo q̄ uene non sunt uie  
 nutrimenti nisi separati a fece abicienda.

propter quod fons nutrimentalis humidi deputati non est uenter sed cor sicut inferius ostendimus et epaz et ideo ab illis deriuantur uene et non a uentre. Causa autem erroris est difficultas considerationis creationis uenarum secundum suas substantias et difficultas consideranda ramificationis earum secundum suas diuisiones et difficultas uidendi processus earum secundum suas extensiones ad membra corporis nec est possibile ista perfecte cognoscere in animali macerato. aut in corpore macerato mortuo sicut in antehabitis diximus.

Capitulum secundum in quo est explanatio opinionis ap. et de ortu uenarum. etc.

Os autem perfectam de his intendentes tradere doctrinam. primo ponemus de hoc sententiam ap. cum explanatione manifesta et secundo abiciemus hoc quod contradicit Gal. et tertio inducimus de his auicenne solutionem. quarto autem abiciemus omnia que circa auicennam obicit auerroyes et ponemus solutionem suam. quinto autem et ultimo ex his omnibus eliciemus opinionem nostram et probabimus eam ratione et experimento certo quod non fallit. Dicit ergo ap. qui p. p. theticorum magister et princeps extitit quod qui uoluerit scire ortum et diuisionem et extensionem uenarum studebat in consideratione corporis animalium maceratorum secundum naturam considerationem. ¶ Scimus enim quod in pectore sunt due uene pulsantes posite interius in pectore ex parte spondilii pectorum quarum una est minor quam altera. Maior autem harum procedit ad anterius corporis. Minor autem ad inferius deinde maior declinat ad dextrum et minor ad sinistrum et hec est uena quam quidam antiquorum grecorum uocant orthyn eo quod inspexerunt partem neruolam que est in tunica dura interiori eius in anothomia corporum mortuorum. Harum autem duarum uenarum pulsantium absque omni dubio secundum omnes philosophos est cor principium. uisus enim hoc testificat ita quod uenabile. ille autem uene ramificate et extense procedunt. Cor autem est quasi quedam pars partium harum uenarum sicut principium est pars eius que exit ab ipso continuatum eundem. Est autem pars et principium non quidem per substantiam carneam que est in ipso sed potius per fila et telas que sunt in base eius hec enim sunt dure solide. ¶ Signum autem

quod cor sit pars et principium earum est quod maior pars quod uena in primo ortu suo est posita supra cordis substantiam inferiorem. minor autem posita est in ortu tertio sub ipso in basi eius. ita quod cor est quasi ministrans inter eas utque et substantiam et uirtute et equaliter respiciens eas. Omne enim cor habet tres uentriculos quibus lateant in paruus cordibus paruorum animalium. precipue autem est in corde uentriculus maior qui est dexter. In mediocribus uero corporibus manifestat eum maior etiam medius et extraneus paruus sinister. In magnis autem corporibus magnorum cordium euidenter apparent omnes tres uentriculi et pars acuta cordis prominens a corde uersus anterius corporis et pectoris sicut diximus in antehabitis. et uentriculus quod maior est superius et dexter et minor est inferior et sinister et medius est inter duos et medius et sinister minores sunt uentriculo maiore. Isti item uentriculi perforantur uersus pulmonem. sed uic foraminum sepius latent propter uiarum paruitatem preterquam in uico uena autem maior radicitus quod procedit a maiore a parte superiori cordis dextra et transit per medium fundum colli et ille uentriculus est concauus quasi uena. eo quod ideo uentriculus per modum quem diximus est pars partium radicalium eiusdem uene maioris in ipso semper est sanguis. Orthyn autem que est uena minor oritur a uentriculo medio et non adeo participat ea que sunt de substantia cordis. sicut uena de qua iam diximus et eius interius concauum est multo strictius quam illi et creatio quod maioris ex duabus substantiis quarum una exterior est tela et uocauimus eam in primo libro tunica exteriorum. et alia est corium durum qua uocauimus tunicam interiorum. Alterius autem uene concauum est strictius et creat ex dura substantia. ac si sit neruus solidus ualde et cum extenditur et elongatur ad partem capitum et ad membra que sunt angusta ramificantur. Adhuc autem ex uena maiore exit quod pars in primis uersus pulmonem et ibidem ramificata coniungitur cum quibusdam partibus minoris que orthyn uocat et reflexe ad pulmonem ueniunt. Adhuc autem ex eadem exeunt duo rami uenarum alij quarum una uadit in pulmonem et alia ad spondilia et uenit sursum ad ultimam armillam siue spondilem de armillis que sunt in collo. ¶ Uenam autem quam diximus a corde extendi ad pulmonem priusquam ad pulmonem deueniat diuiditur in

duo. eo q̄ etiam pulmo in duo diuisus est. et deinde in substantia pulmonis utraq; illarum partium diuiditur in multa et collecte partes ille simul pertingunt ad cannam quā tracheam uocauimus que duo uersus cannam habet foramina. scdm̄ duas sui partes. et pars maior fere ramificate uenit ad cannam maiorem. et aliqua pars minor uenit ad minorem extremo uero diuisiones earum non manifestantur propter paruitatem. totus autem pulmo plenus apparet sanguine ministrato ab hys uenis. ¶ Cuius autem uene maioris est supra uiam minoris que orthyn uocat in r̄is que procedunt ex ambabus ad cannam uocalem pulmonis. Illa autem uena que procedit ad spondile et armillam colli sicut dixim⁹ extendit per dorsum et transit ad armillas spondilium vndiq; per descensum et hui⁹ remotionem fecit homerus poeta in vno suo versuum quando dixit q̄ ille qui percussit Iotium in p̄lio troiano abscidit illam uenam totam que transit per dorsum et peruenit ad collam. ¶ Hic ergo homeri sermo testificat q̄ talis est transitus istius uene in descensu suo exeunt ex ipsa partes multe uenarū que pertingunt ad quamlibet costarum et quodlibet spondilium et cum peruenit ad ultimum spondile quod est supra os renum ibi diuiditur in duo. Nec est ergo diuisio maioris uene scdm̄ q̄ modo narrauimus. uena que ē supra per hunc ramum uene maiorem que similiter exit a corde diuiditur in multas partes quarum quedo procedunt ad concava furcularū humerorū ad duo latera et protensa ex parte subascellari procedunt ad duo focilla brachiorum in corporibus hoim et ibi pulsant ad tactum. In corporibus aut quadrupedum extendunt ad inferius scurium anterioꝝ pinnularum anteq̄ aut d̄ eruct ad ascellaria diuidunt ab ea uene ascendentes per collū que uocant uene decollationis. eas autem que sparguntur a uenis que sunt rami uene maioris in parte colli extendunt et protendunt ad cānam pulmonis in collo. et si quis istas manibus constrinxerit accidit strangulatio. donec cadat quasi mortu⁹ sine sensu et claudit oculos. et hoc est signum q̄ extensio harum uenarum sit sicut narrauimus et extenditur inter eas canna donec ascendere incipiant perueniendo ad partem auricularum capitis ad collum nisi coniunguntur in tempore os mā dibule inferioris cum osse capitis. Ab illo. n. loco ramificantur in quatuor partes quarū vna flectitur inferius ad partem colli et spatu

le et coniungitur uenē que fundebatur a uena maiori in flexionem cubiti que est flexio focillum. et ad brachium vna pars ipsius et alia pars peruenit ad manus et digitos diuisa et ibi finitur. Alia autē uena de dicitis quatuor que extenditur a parte auricularum uadit ad cerebrum et ibi in multas uenas subtiles diuiduntur que sparguntur etiam in tela continente cerebrum. Cerebrū uero caret omnino sanguine scdm̄ suam substantiam in omni animali et ideo nō est in substantia sua aliqua uena parua uel magna. sed nutrimentum fugit ab extremitatibus uenarum tele que circundat ipsum et distinguit et ex sua substantia facit illud album sicut quodlibet membrum habet nutrimentum conuertere in similes sibi colorem sicut in antehabitis determinatū est. Alie uero uene que ramificantur ab ista in parte aurium diuiduntur in multas. et quedam earum continent caput contexte in telas eius et quedam perueniunt ad organa sensuum et addentes per uenas filares subtiles ualde. similiter autem ramificantur uene a uena minori que orthyn uocatur et ille cōsequuntur partes uene maioris. Sed vte earum sunt strictiores r̄is uenarum ramificatarum a uena maiori. Nec igitur est dispositio omnium uenarum pulsatiliū que sunt in parte illa corporis que est supra cor. pars autē uene maioris que est sub corde transit per dyaphragma et eleuatur etiam in aliquibus locis reuoluens se supra ipsum. Reuoluitur enim et continuatur in pluribus locis cum uena orthyn descendendo. et ille ramus descendit ad ea que inferiora sunt sub corde. A uena ergo illa que est maior pars descendens procedit a corde ramus vnus ad epar que ē uena breuis lata et ampla non pulsans et ab ipsa exeunt multe uene subtiles spargentes se in substantiam epatis et procedens quidem ad epar in ipso gibbo epatis diuiditur in duas quarum vna procedit ad parietem. et per suas partes quibus continuat nutriendas eas et ibidem finitur. Alia uero procedit a subascellare et focille dextrum per adiutorium et cubitum et continuatur cum uena que est in giratione humeri in extensione sua et uocat epatica. Signum autem eius quod diximus est. t̄p̄ medici precipiunt istas uenas per minutionem incidit contrae patis dolores quosdā qui sunt ex habundantia calidi sanguinis. ex dextra uero parte eiusdem rami a gibbo epatis exit ab ea uena parua subtilis et ad sinistram tendens peruenit ad splenem et ibidem

diuiditur in multas ualde subtiles capillaris  
sparsas in splene ferentes nutrimentum san-  
guinis. Adhuc autē ab ea uena magna et am-  
pla in supremo epatis exit uena que spargit  
in sinistro epatis et ascendit ad foecile sinistrū  
per adiutorium et inbascellare. Amplius autē  
adhuc ab eadem magna uena in supremo epa-  
tis ramificantur alie uene plures quaz una  
procedit ad girbus qđ est supra uentrem per  
ramos ferens nutrimentum ad partes illas.  
ab eadem autē sic in ventre existente ramifi-  
cantur ulterius multe uene que extenduntur  
ad intestinum medium qđ uocatur iciumum  
et tunc omnes intestinorum uene conuenien-  
tes componuntur in unam uenam magnam  
que per intestina transit et ventres qui est sto-  
machus et reflexa ascendit donec pueniat ad  
portam superiorem stomachi et deinde rami-  
ficatur iterum in multas que ad diuersa mem-  
bra pertingunt. Oportet autē scire qđ illd qđ  
ex maiori uena descendit et id qđ descendit ex  
parte orthyn ambo ista perueniunt ad partē  
in qua sunt renes siue separationē et quando  
perueniunt ad partem spondiliū reuum que  
sunt in ossibus renum utraqz istaz uenarum  
descendentium diuiditur in duo et faciunt fi-  
guram duoz lateruz trianguli qđ nri tēporis  
phi uocant figuram laude Ise grece et tūc ille  
partes que sunt uene maioris procedunt ad  
partem dorsi magis qđ partes uenaz que sūt  
partes orthyn. qm̄ illa que uenit a maiori ue-  
na scđm suas diuisiones est applicata ad spō-  
dilia pectoris que sunt in oppositione cordi.  
Applicatio autē eius est per uenas paruas du-  
re substantie exites quasi sūt de substantia  
nerui. Hec autē uena que maior uocatur am-  
pla est apud exitum eius a corde et cum elon-  
gatur ab ipso strictificatur et efficitur in crea-  
tione sue substantie quasi neruus et ab ista qđ  
dem etiam alie uene procedunt preter dictas  
et ille perueniunt ad medium intestinum qđ  
iciumum uocatur sicut uene que inferius in  
gibbo epatis exeunt ab eadem uena maiori.  
et ad idem mediū intestini perueniunt. sed ipse  
sunt subtiliores illis que in superiori parte  
a uena maiori exeunt et creatio substantie isto-  
rum neruorum ubi terminat in finibus suis  
similis est substantie nerui et est terminatio  
iporum subtilis et uacua h̄ est concaua. ad  
epar autē et ad splenem non puenit aliqua  
uenarum que diuidatur ab orthyn. uene autē  
plures que diuiduntur a uena maiori perue-  
niunt ad anchas et tangunt ossa. Adhuc autē  
uena a maiori exeunt et que uene et non ra-

mificantur quid in profundo foraminis rez  
sed in substantia corporis iporum. A uena  
autem orthyn exeunt due uicē fortes uenarū  
et pcedunt ad uellicam et alia ab istis uia exit  
a profundo foramine renum utruqz que eti-  
am ad uellicam pueniunt. Sed nulla istarum  
uicarum cōicat in uena aliqua que a maiori  
uena separaretur. Amplius autem a medijs  
renum ex uenis illuc protensis exeunt etiam  
qued uene uacue siue concaue quarum crea-  
tio est neruosa et procedunt ad spondilia. et  
deinde ad anchas et ibi submerguntur nō ap-  
parentes. Deinde manifestantur extense super  
anchas et deinde procedunt ad uellicam et uir-  
gam in masculis. ad matrices autē in mulieri-  
bus. Nulla autem omnino uena uenit ad ma-  
tricem ex uena maiori ab ea uero que est or-  
thyn ueniunt ad eam multe sibi succedentes i  
situ et partibus matricis. A uena autem ma-  
iori et ab orthyn diuiduntur alie uene que  
ueniunt ad partem testiculorum et sunt uacue  
concaue magne. et deinde perueniunt ad co-  
xes et crura et deinde ad pedes et ad digitos  
pedum. Alie etiam ab eisdem separate transe-  
unt per inguines et procedunt e contra sibi  
ad partem coxarum. quoniam una procedit a  
sinistro ad dextrum et altera e conuerso a dex-  
tro in sinistrum et ille applicant descendentes  
cum alijs quas prediximus ante genua. Sic  
ergo in cōmuni declarauimus dispositiones  
uenarum quo ad originem et suas extensio-  
nes et exitus et ramificationes in omnibus  
membris corporis. Ex hijs igitur sciunt ra-  
dices siue principia uenarum in omnibus et  
de quibus nullam fecimus mentionem quo-  
rum enim est una participatio et communis  
uenarum et ad unum. oportet qđ unum prin-  
cipium illius qđ participatur. alioquin equi-  
uoce participetur ab eis et non ad idem sed  
ad diuersa. precipue tamen diximus h̄ uenas  
magnas a quibus alie separantur. Alie enim  
uene parue diuersificantur scđm qđ etiā me-  
bra diuersificantur in figura. eo qđ non om-  
nia membra sunt similia in omnibus animali-  
bus. non autem satis manifestantur quod di-  
ximus nisi in corporibus magnis multi san-  
guinis ex quibus uene intumescunt ut uideri  
possint. In paruis uero et pauci sanguinis  
magis latent aut propter creationem. Quia  
parue sunt create et calor non aperit concaui-  
tates eorum. aut etiam latent propter pingue-  
dinem uicentem que ex aquoso sanguine ge-  
nerat et obdurat poros uenarum. ita qđ azili-  
tudine latere incipiunt. Ex hijs enim duabus



causis latent et huius simile est in canalibus quoniam canales aliquando latent. quia licet sparsesint rē subtiles canalium et rincit super eas lutum et limus in aperit eos ita q̄ latent et sic latent ex sui gracillitate. quia canales sunt similes quasi lineis indivisibilibus et ideo fugiunt usum et sic uie latent uenarum in paruis corporibus parui sanguinis. Uena uero maior apparet in omnibus corporibus animalium siue magnorum siue paruorum dummodo cor eorum sit uisibile. ¶ Ista igitur est sententia Aristotilis de uenis quam nos fideliter quantum potuimus elucidauimus ut melius uideantur ea que in contrarium a Galieno obiciuntur.

Capitulum secundum et est digressio declarans ea que obicit Galienus infra predicta ab Aristotile.

Alieni quid sententia in multis ad hanc que dicta sunt contrariatur quorum quidem primum est q̄ nullo modo uenam dicit esse eiusdem substantie cum arterijs. eo q̄ arterie compositio est ex duriori substantia q̄ uene quiete sicut p̄ ex hīs que dicta sunt in primo libro. Adhuc autem quoniam arterie omnes preter unam solam que uenalis arteria uocatur et a medio foramine cordis ad pulmonem mittitur componuntur ex duabus tunicis grossis. Uena autē ex una. Amplius autem nullam omnino uenam dicit oriri pullantem a dextro uentriculo cordis. sed a sinistro unam quidē quā orthyn uocant cuius unum ramum in circuitu cordis reflexum dicit uenire usq̄ ad dextrum uentriculum et ibi ramificari. Sed tamen ortū esse a sinistro. et huius signum uult esse q̄ pulsus magis uiget in sinistra parte corporis q̄ in dextera. Aristoteles autem dicit maiorem non uocari orthyn. sed minorem et maiorem quidem oriri a dextro. minorem autē quia est orthyn a medio uero aliquem uidetur dicere oriri a sinistro. Adhuc autem Galienus adeo certus erat uenas oriri ab epate uenas in quā quietas non pulsatiles q̄ etiam de hoc uadium posuit pontifici cuidam que custodem altaris quid uocant q̄ occulta fide hoc demonstraret et demonstrauit per anothomiam. ap̄. autem nullam omnino uenam dicit ab epate oriri. sed omnes a dextro uentriculo cordis. ¶ Rationes etiam anothomie sue Galienus adhibuit. eo q̄ constat unum principium membrorum esse epate. Non autem habere prin-

cipalitatē nisi esset alicuius rei in uersaliter ad corpus pertinentis operatiuum sicut patet per ea que in primo libro dicta sunt et constat q̄ non est operatiuum nisi sanguinis. cū igitur uene sint uie sanguinis oportet q̄ oriuntur a sanguinis fonte qui est epate. Adhuc autem incrementum et extensio uenarū in animalibus est ad similitudinem eorum que succū defecerunt in plantis quia aliter non esset unus ordo nature ut dicit Galienus. principia autem eorum que succum portant in plantis sunt ex parte illa in qua succus tractus primo inuenit hoc est in terra et quia similiter est in uenis. Oportet ut dicit Galienus q̄ oriuntur ex parte que primo incipit esse sucosa separato humido nutrimentali. Est autem hoc epate et non cor. oriuntur igitur ab epate. Amplius autē stipites non est principium radicum. sed e conuerso multe radices collecte producunt stipitem que postea in ramos dispartitur. Uene autem capillares radices habent per totum epate et non per totū cor. et in gibbositate epatis ille colliguntur in unam uenam que uentrem habēs uocatur que nec ipsa tota ad cor extenditur sed una pars eius. Cum igitur arterijs ad cor ueniat diuidatur oportet q̄ ramus eius sit in corde et stipites super epate et radices in epate profundo originem. igitur ducit ab epate et non a corde in quo non radicatur. licet ramulos quosdam habeat in basi cordis in parte dextera et radices haberet in epate tunc principium in planta non esset principium in uenis et sic ortus uenarum esset contrarius ortui plantarum et esset animal in suis uis nutritiue arborum in uersa ut dicit Galienus que succum a ramis duceret in stipitem. et a stipite in radices. Adhuc autem superfluitates omnes quibus sanguis emundatur sūt circa epate et non circa cor. ibi enim separatur aquosa superfluitas per emulgentes ibi etiam spuma intensa separatur ad hyssum fellis ibi etiam grossa terrestrietas ad splenem deriuat et nullus istorum receptaculorum est in circuitu cordis igitur sanguis generatur in epate et non in corde. Cum autem uene non sint nisi uie sanguis uidetur ex hoc in uisibiliter concludi q̄ uene oriuntur ex epate et non ex corde. Locus signum est q̄ etiam sanguis colorem habet epate et non cordis. non enim cordat ruborem sanguini cum habundat spiritus qui ex maiori parte aeris est. sed potius claritatem propter q̄ etiam sanguis in arteria currens est clarissimus. sed potius cor uebet ex sanguine nutrimentali. sed potius dat sibi

epar colorem rubeum eigo uidet etiam prin-  
cipiaze ipsum et uias suas que sunt uene. hec  
igitur et similia uisu ostendit et per rationem  
obicit galienus.

Capitulum .iiii. et est digressio decla-  
rans determinationem aui. super indu-  
cta contradictione.

Hec autem contradicit aui. in tercio  
libro suo de animalibus ubi hac qua  
diximus sniam apz. pertractat q magister p  
mus sic enim uocauit consueuit. apz. opina-  
tus est q principium uenarum pulsatum.  
quid est cor. sed principium uenaru no pul-  
satilium est epar. Medicus aut in scientia ta-  
lium tam adhibendo medicinas morbis me-  
brorum qd facere non possent nisi scirēt su-  
as origines et naturas q etia in anothomia  
sunt ex antiquo ualde exercitata. Similit aut  
contradictio est inter eos de origine neruoru  
qm medicoz vniversitas dicit neruos oriri  
a cerebro et apz. dicit eos oriri a corde. Ro-  
aut primi magri inducens eum adh esse q ip-  
se ponit cor esse principium omniu uirtutum  
uitaliu et naturaliu et alium et ideo etiam or-  
gana istarum uirtutu a corde dixit principia-  
ri. Nos aut et si credamus cu apz. omnes uir-  
tutes oriri a corde tn nunc nobis est sermo  
de illa uena que est inter epar et cordis dex-  
trum uentrem habens que quid scdm medi-  
cos nascitur a supremo epatis et ramificatur  
et eius vnus ramus punit ad dextru ei? pē-  
triculum et sibi intrat cor uelut qd extrane-  
um a substantia cordis cum tn apz. dicat hac  
esse partem cordis. In epate aut fm medicos  
sunt radices istius uene ramificate que d sub-  
stantia epatis esse uident. ramificat aut in ip-  
so ut p ipsam trahatur sanguis. Dicunt etiam  
q nerui sunt grossiores et molliores apud ce-  
rebrum et apud cor duriores et minores q h  
signum est q a cerebro et non a corde ramifi-  
cantur. Sed nobis uidet consentend esse p-  
mo magistro. quia non est incoueniens dice-  
re q cerebrum et epar transmittat ad cor ea  
quibus operant. ita q sint operationes eorum  
quali seruientiu et cordis operatio sit princi-  
palis neq est incoueniens dicere q uene ori-  
unt a corde et nerui similiter. neq ualet ratio  
q ideo oriunt a cerebro. quia sunt grossio-  
res apud oculum qz apud cerebrum et tn non  
dicunt eos oriri ab oculo. sed potius a cere-  
bro. Epar igitur h qd sugit per mileraias  
defixas in hyma parte sui transmittit ad cor

ut sibi compleatur sub medio thalamo ut di-  
cit aristoteles et d somno et pigilia et in libro  
de numento et simile facit cerebrum. Neq ali-  
quid concludit ratio de grossiori parte apud  
cerebrum sicut diximus. quia si. est in uirtute  
naturali q ipsa plus dat de nutrimento illi p-  
ti vnuscuusqz membri ubi intendit formare  
aliquam substantiam et ita facit neruo opti-  
co apud oculum quando intendit in ipso for-  
mare oculum. Et similiter facit neruis et ue-  
nis extensis ad matricem quando intendit for-  
mare fetum. tunc enim ingrossatur in matri-  
ce. et ideo hoc signum quod medici asserunt oi-  
no est fallax et incertum. Similiter autem est  
in arbore in qua ad oculum uidemus q sti-  
pes et rami maiores frequenter habent gros-  
siores subuantiam qz habet radix. Qd au-  
tem dicunt de neruorum mollicie apud cere-  
brum et duricia apud cor omnino nichil per-  
suadet. quia nos possumus dicere q uirtus  
non facit cerebrum et medullam cerebri nisi  
ex mollicie neruorum et non econuerso ner-  
uum mollificat ex cerebri medulla. Lum eniz  
uirtus formatiua intendit producere cerebri  
medullam ex corde primo emitit neruos et  
in suis extremitatibus eisdem molles facit et  
producit ex humiditate eorum cerebrum. Ra-  
tionis autem eorum instantia est. quoniam  
rami in arbore quanto plus elongantur a ra-  
dice sunt molliores et flexibiliores. et tunc ni-  
chil est omnino qd dicunt q cum aliquid  
oritur ex humido qd eo fit siccius. quomo-  
do fuit magis elongatum ab ipso a quo ori-  
tuz. uidemus. n. corallu nasci ab humido ma-  
ris et in ipso mare esse durissimu. et ut in sum-  
mo dicat neruu esse in aliqua parte siccum et  
duru et in aliqua parte humidu et molle non  
pbat eu oriri a sicco neq etia ab humido p-  
us daret q principium formans ista natura  
esset vnu solum operans. sed non est ita quin  
ymo est anima que p uirtutes formatiua for-  
mat omnia que sunt in corpore. et hoc non  
operatur vnum. sed multa. neq operatur per  
vnum. sed per multa. et ideo vnum et id op-  
suu indurat et mollificat in diuersis partibus  
scdm exigentia illoz que ab ipso opere pro-  
ducere intendit. Si aut obiciant forte medici  
neruos quid omnes a cerebro descendere et  
quosdam tn ad cor uenire h non est certum  
signu q a cerebro oriunt qm possumus dfe  
q neruus qui est inter cor et cerebz est sicut  
stipes neruoz et illi qui a cerebro ueniunt si-  
cut rami reflexi uersus suam originem. Et si  
dicant q hui? simile non est in alijs opibus

nature. quoniam in plantis rami porrigunt  
 procedentes a radice et non reflectunt ad ipā  
 Dicimus hoc generaliter non esse verū. quo  
 niam sepe fit in plantis q̄ rami uersus radi  
 cem reflectuntur et ita dicimus nervos quib̄  
 oriri a corde et extendi ad cerebrum et circa  
 ipsum multiplicari et tunc multiplicatos ner  
 uos uersus cor reflecti. omnia. n. hec sūt opa  
 uirtutis naturalis aut formatiue sapient̄ vni  
 quodq̄ sc̄dm congruitates uirtutis. aut na  
 turalis aut uitalis aut animalis in eo opant̄  
 Similiter autem dicimus ad id quod dicunt  
 de uena que est inter cor et epar. h. n. molli  
 or est ex parte epatis et durior ex parte cor  
 dis propter q̄ dicunt eā oriri ab epate indis  
 rari aut in cor ut possit penetrare et ferre tibi  
 nutrimentum et iste sermo ridendus est. quo  
 niam sc̄dm h̄ oporteret q̄ cor in prima crea  
 tione q̄ est primo esset pfectum in suo esse ⁊  
 forma ex aliqua substantia que non mittitur  
 ab epate et postea missus fuisset ei ramus ve  
 ne que uenit a gibbo epatis et penetraret r̄o  
 lenter per substantiam eius. et hoc posset face  
 re. quia in illa extremitate est durus qua at̄  
 git ipsum et hoc est ualde ridiculosum apud  
 hominem scientem naturalia ppter q̄ mul  
 to melius et r̄onabilius dicit cum magistro  
 primo q̄ ista uena orit̄ a corde et uirtus for  
 matiua facit eam duram iuxta cor ut duricia  
 foramen et uentriculū retineret apertum qui  
 est uersus epar. In alia aut̄ extremitate fecit  
 eandem mollem ut magis sibi obediret diu  
 sioni et ramificationi propter q̄ etiam eam  
 dici p̄t q̄ nervus factus est durus ex parte  
 cordis et mollis ex parte cerebri nec dicimus  
 neruum nasci ex ipsa cordis substantia. Sed  
 post ex quadam substantia dura que aduna  
 ta in corde. nec oportet q̄ omne q̄ nascitur  
 ex aliquo nascat̄ ex substantia eius. qm̄ uerit̄  
 ca et glandula nascunt̄ a carne non ex substā  
 tia carnis. sed ex substantia collecta et aduna  
 ta in ipsa. Uena autem nascit̄ etiam a materia  
 adunata in corde et occulta et ist̄ nervus  
 uidelicet et uena quo plus elongant̄ a corde  
 eo q̄ plus mollificant̄. quia aliter applicari  
 non bene possent ad membra mollia que sūt  
 cerebrū ad q̄ applicatur uena. Si autē res  
 ita se habet tunc non oportet uerum dixisse  
 gal. quando posuit pignus circa custodē al  
 taris q̄ daret ei multum auzum si probaret  
 q̄ nerui et uene quiete orizentur a corde. Di  
 cta autem magri primi p̄babinus supponē  
 do quid̄ q̄ anima s̄m se est vna uirtus a qua  
 fluunt omnes uirtutes membrorū. Lum. n.

ipsa sit organica oportebit dnum esse mem  
 brum in quo sita omnes effluant a se uirtutes  
 et sicut ipsa est principium uirtutū ita necessa  
 rio erit illud membrū principium organoꝝ  
 Conueniat aut̄ animā sc̄dm actū uite et pote  
 statem esse in corde. oportet igit̄ cor esse prin  
 cipium omniū neruorum et uenarū p̄ quos  
 anima in membris perficit suas opationes.  
 Licet autem sicut diximus resellere possumus  
 dicta medicorum et probare dictum magistri  
 primi tamen etiam alius modus est quo p̄t  
 stare dictum ap. q̄ uidelicet dicamus q̄ uir  
 tus formatiua in generatione est in materia  
 spermatis. et tunc sicut dicimus in sequenti  
 bus ex subtiliori et meliori facit cor et ex re  
 siduo materie simul quib̄ non successiue facit  
 alia membra nobilia et ultimo facit cerebrū  
 et postea ex ipso producit neruos. sed simul  
 ex corde deriuat materiā cerebri et nerui dis  
 cernens inter vnam et aliam ut fusciorē for  
 met in neruum et humidiorē et molliorem  
 in cerebrū. ⁊ sic formato cerebro mittit ad ip  
 sum per neruū uirtutē animalem in cerebro  
 opantem que quib̄ iterum postea nō tempo  
 re sed ordine nature deriuat ex substātia que  
 circa cerebrum est organa neruorum sensibi  
 liū et motiuorum que in cerebro accipiūt u  
 tutes animaliter opantes. Similiter autem de  
 cemus de corde formato ipsum producere et  
 formare epar per sanguinem que est in arte  
 ria ab ipso exeunte et simul cū ipso operari  
 uenam ex partibus materie spermatis durio  
 ribus et cum formata sunt h̄ influit et uirtus  
 cordis uirtutem naturalem cū partibus suis  
 que sunt digestiua et attractiua et cetera quas  
 alibi numerauimus que uirtus. quia indiget  
 instrumentis organicis. datur ei a corde uir  
 tus q̄ p̄ducat ex se uenas alias que subtile  
 in syma et superius a gibbo ab epate ramifi  
 cantur ⁊ h̄ mō dicendo semp̄ p̄mū principū  
 uirtutū et membroꝝ neruorū uenarū et arte  
 riarum est cor uirtualit̄ ⁊ materialit̄ origi  
 nans omnia et tū p̄xima ramificatio uenarū  
 est ab epate et tunc magis pueniens est quib̄  
 dictū magri primi q̄ gal. licet utrūq̄ aliqua  
 liter possit sustinere distinguendo in p̄cipiū  
 rōne et dicem⁹ ap. loqui de primo p̄cipio  
 uenarū et neruorū. Gal. aut̄ de p̄ximo prin  
 cipio utrorūq̄ istorū. Ecce ista est au. s̄ntia  
 de dicta contradictione que ualde obscura ⁊  
 confusa est in libro suo. a nobis aut̄ fideliter  
 exposita et ordinata.

Capitulum quintum et est digressio

declarās dēterminatiōz et dictionē  
auezyrois de omnibus predictis.

Hanc autem determinationem auezyrois nequaquam in toto approbat in quodam libro suo quem de dispositionibus cordis composuit et sua dicta sunt talia. dicit. n. q. in corde est uirtutis cibalis siue nutritiue et spiritus et uenarum et neruorum origo quatenus in uno et eodem esset calor agens et sanguis patiens et uene illius actionis et passionis essent die et fundamentum. et cor omnium illarum esset origo operationum et hec est sententia ap. l. in multis locis librorum suorum. Alij autem contradixerunt huic sententię dñtes adhuc exigi duo membra et alij dixerunt q. ad huc exigerentur plura quam duo. Ap. l. autem uoluit principium nutrimenti esse a corde et ab eodem esse principium cimenti per totum corpus. Galienus autem dixit principium spiritus et arteriarum esse cor et epar autem principium esse uenarum et sanguinis. Ap. l. autem omnium horum principium esse cor. Causa autem dicitur est quia non inuenimus in animali ultra id in quo conuenit cum planta nisi sensum et motum que duo secundum gal. a cerebro oriuntur. si autem et principium digestionis dicitur esse ad epate. Et si uerum diceret galienus tunc uideretur q. non esset membrum principale cum nullius principalium uirtutum et operationum ultra ad corpus pertinentium esset cor principium. Si autem quis dicat q. ipsum est spiritus principium et pulsus tunc cum membrum principalis inter cetera habeat uirtutem plerumque et operationes ad totum corpus pertinentem tunc oportebit. tunc enim omnia membra concident in corde cum spiritu et hoc non est uerum. non enim est aliquid principale membrum nisi quod habet uirtutem principalem plerumque toti corpori concicantam. Si autem dicat q. cor habet uirtutem aliquam aliam a dictis que forte sit uita que influit toti corpori hoc nihil omnino est. quia uita est secundum aliquam operationem uita in animalibus et plantis. et ille sunt nutrire et augere et mouere et sentire et nulla istarum ut dicit gal. principiat a corde. Quod autem diceret uita in se abstracta ab omnibus potestatis uita fluere a corde uanissimum est. quia hoc plerumque est in aia et non fluit ab aliquo membrorum. Oportet igitur aliquam uirtutem esse que fluit a corde determinatam in qua alia et plante concident et quezatur que sit illis preter dictas quas galienus ab alijs membris et non a corde dicitur principiari. Siquis dicat q. in cordis substantia sunt triplicia fila

loco triplicium filorum uilorum. habet enim fila extensa in longum per que trahit et habet fila extensa in latum per que expellit et fila circa se girantia per que girationis perficit motum. et horum motuum est principium huiusmodi stare non potest. quoniam stomachus et etiam epar habent omnes hos motus per uillos aut per fila. non ergo cor est uniuersale principium horum motuum in toto corpore et sic non erit membrum principale. Oportet ergo ex his alterum duorum concedere q. aut cor non est membrum principale. aut si est principale erit principium nutrimenti. et nutrimenti et motus et sensus sicut patebit in sequentibus. Ex hoc enim contingit q. alius est pulsus in dormiente qui coniunctus est cum calore digestiuo cordis. et alius est in uigilante quando calor idem ad exteriora expandit. et alius est in mouente quando calor cordis multiplicatur. et alius in quiescente quando calor residet in humido stante. Ap. l. autem duabus rationibus ostendit omnium horum cor esse principium quarum prima est quoniam q. est caloris principium. est principium digestionis et nutrimenti que fiunt per calorem et principium uenarum que nutrimentum deferunt. Cor autem caloris totius principium nos probabimus in sequentibus istorum librorum et in isto eodem libro. Alia autem ratio est. quoniam hoc est principium uenarum ad quod nulla uena aliunde directa uadit et a quo omnes uene protrahuntur. nullum autem omnino membrum tale est in corpore animalis preter cor. oportet ergo ipsarum uenarum esse principium. Galienus autem concessit q. nulla uena ad cor nisi illa que inter media extenditur inter cor et epar. In neruis autem non intellexit galienus qualiter aliquid est principium media tam sicut cor neruorum licet mediate. hoc enim eum non intelligere ostendit causa dicti que assignat dicens cerebrum esse principium neruorum ideo q. continuatur cum ipsis. Adhuc autem Ap. l. dixit q. omne quod nascitur essentialiter ab aliquo debet habere similitudinem essentialem cum illo et hoc concedit galienus. Et infert ap. l. q. quis epar est in toto carnosum non potest esse principium uenarum. que nullo modo sunt carnosae. Aui. autem dat instantiam usque in hoc q. corallus que est arbor durissima in modum lapidis nascitur ex mari in terra molli. Ego autem dico q. licet aui. contradicat in hoc tam ap. l. quam galieno. coartur tamen concedere dicta illorum in quantum illi concedunt. oportet enim q. ramus crescens ex

radice assimuletur in illa natura radici p qua  
 crescit ex ipsa. Et si enim ex radice generet ra  
 mus et forte ex uirtute expulsiva in eadē ra  
 dice generetur aliqua superfluitas similis  
 ruce. aut etiā glandule que sūt superfluitas sti  
 ptica que non apparet aliquid esse de arbor  
 ris natura. et ideo neqz esse de natura radicis  
 tamen procerto in alia ratione dicitur ramus  
 generari ex radice et in alia dicitur rōne sup  
 fluitas illa generari ex radice effecōm materi  
 am et scōm efficiens. Adhuc autem in alia  
 ratione dicitur ramus generari ex radice. et  
 in alia rōne dicitur arbor generari ex terra.  
 et ideo etiā aliter generantur uene ex radi  
 ce uenarum et aliter corallus ex terra molli  
 probauit autē apz. in methica pnumquodqz  
 generari ex conuenienti. maior autē est assi  
 mulatio cordis substantie que filosa est cum  
 uenarū substantia qz epatis qd est caro mol  
 lis. et ideo dixit apz. qz cor est principiu uen  
 arum quietaz et pulsationis et scōm hoc in  
 dubium uenit id de quo adeo certus erat ga  
 lienus qz uoluit ponere multum aurum. h  
 autem est qz per anothomiam uoluit proba  
 re qz illa uena et neruus que reperiuntur in  
 latere cordis non oriuntur a corde. Apz.  
 autem sui dicti adhuc aliam assignat rationē  
 et hoc est qd cor est in medio membroru pn  
 cipalium sicut rex in regno. Id autem quod  
 est principium equaliter distare a suis extre  
 mis. Galienus tamē quia uidebat qz anatho  
 ri ci inchoabant anothomiam uenarum. ab  
 epate dixit uenas non pulsantes oriri ab epa  
 te et simulauit illud per duas rationes qua  
 rum prima est hec. quia uena que est intē cor  
 et epar oculo uidetur esse ramus uene iam de  
 uise in gibbo epatis. omnis autem ramus na  
 scitur ab alio maiori se et priori est ramus  
 maior autem illud quod collectum est ex ra  
 mis diuidentibus ipsum et hoc est in epate et  
 non in corde igitur stipes illius rami est in  
 epate et sic per consequens uene oriuntur ex  
 epate et si diceretur qz oriretur a corde opor  
 teret animal et hominem esse in dispositione  
 uenarum arborem inuersam. cuius stipes et  
 radix ex ramo oriuntur et hoc est contrariū  
 uirtuti plantatiue in uegetabilibus in qua ai  
 malia cum plantis comunicant. Ad hec autē  
 dico ego qz quia anothomia sequitur diui  
 siones. ideo incipit ab epate et ponit epar pn  
 cipium esse diuisionis uenarum. sed tamē nō  
 est primum in ratione principij. nec similiter  
 crescunt uene in animalibus et rami in plan  
 tis. pene enim extenduntur recte et reflexe et

girant in circuitu et hoc non fit in ramis pla  
 tarum et adhuc si daretur qz esset simile cze  
 mentum uenarum et plantarum non ualeret  
 quod dicit. quia nos uidemus in plantis q  
 buldam qz inueniuntur quando pars uide  
 licet agri que tangit ramum forte subtilius et  
 facilius ministrat nutrimentum et forte ram  
 rarioris substantie est qz radix et tunc crescit  
 ramus ultra quantitatem radicis. hoc autem  
 qz sensibilibz fert instantiam contra dictū ga  
 lienū est qd uidemus grano ordei qd cum sa  
 citur in terram emittit a se paruulum ramu  
 luz a quo spargitur parua radix et crescit ex  
 hoc canna calami magna et spica multo ma  
 ior qz radix. non autem tantum in hoc uene  
 oriuntur a corde contradicit galienus apz.  
 sed etiā in hoc qz oriuntur a dextro cordis  
 uentriculo. nam qued animalia ut dicit non  
 habent distinctionem in corde. sed hoc frivo  
 lum est. quia apz. intendit quod a corde ori  
 untur et a dextro oriuntur quibus distinctio  
 aliquando non appareat. Est enim in rerum  
 natura sepius qd propter paruitatem effugit  
 sensum. Redeamus autem ad probationem  
 qua uisus apz. demonstrando qz sanguis ge  
 neratur in corde. hec enim est triplex pna qz  
 dem quoniam ubi est uirtus cibalis ut dicit  
 apz. et ex precedentibus est probatum. igit  
 ibidem est generatio sanguinis qui est pni  
 uersalis cibus membrorum. Secunda autē  
 hec. quoniam qd est principium uene est pn  
 cipium sanguinis. sed cor est principium ue  
 ne ut constat ex prehabitis. Galienus con  
 cessit quidem primam propositionem prime  
 probationis et similiter concedit maiorem se  
 cundi illi et negat omnes alias. Sed ex ter  
 tia probatione conuincitur que talis est qm  
 quod est principium uenarum non debet nu  
 triri ex uenis que sunt in ipso. sed potius sa  
 guinem infra receptacula sua digestum ue  
 nis deportand ministrare. Lum ergo non sit  
 tale epar. sed cor solum erit cor principium  
 uenarum et sanguinis. galienus autem econ  
 tra instat signis probat qz sanguis generetur  
 in epate. quoniam uasa deputata superflui  
 tibus sanguinis sunt in circuitu epatis et  
 non cordis sicut diximus in .c. de rationibz  
 galieni. Adhuc autem dicit qz nullum mem  
 brum inuenitur nutriri ex sanguine delato  
 a corde nisi solus pulmo. sed omnia inueni  
 untur nutriri sanguine delato ab epate. hoc  
 autem est principium sanguinis a quo san  
 guis pniuersaliter deriuatur ad nutrimentū  
 membrorum. hec igitur sunt que inueniunt



bo epatis a calore qui a corde ad epar est de-  
legatus. Secundus autem est tempore aut lo-  
co qui in ipsa particularia membra exsudat a-  
uenis ad membrorum substantiam nutriendam.  
Ille autem qui uocatur primus diuiditur per qua-  
tuor humores notos qui sunt sanguis calidus  
et humidus, flegma frigidum et humidum  
colera calida et sicca et melancholia frigida et  
sicca. Et horum generationem inferius determi-  
nabimus. Secundus autem humor quatuor  
habet modos quorum tres sibi in humido nu-  
trimentali membris delegato succedunt. Pri-  
mus autem modus est humoris qui ideo ab ex-  
tremitatibus uenarum refluere incipit et ual-  
de propinquus est ut inbibatur membris sed  
nondum egit in ipsum uirtus membri quod in-  
bibit ipsum. Secundus modus est humoris  
qui iam ab extremitatibus uenarum refluere  
uit et membris est infusus humectans ea, sed  
nondum operatione uirtutis membri perfecte  
assimulatus uel formatus aut etiam inspissatus  
siue coagulatus ad speciem membri similis.  
Tercius autem modus est eiusdem humoris me-  
bro infusi qui iam incipit inspissari et coagu-  
lari, sed non dum perfecte est ad speciem mem-  
bri deductus, et quod post hunc sequitur ex par-  
te humiditatis nutrimentalis est id quod non est hu-  
mor, sed ex humore generatum est, et hoc est id quod  
iam uirtute membri formam recipit membri si-  
milis. Quartus autem modus huius humoris non  
est humiditatis nutrimentalis, sed potius humiditatis  
radicalis quod ex semine generationis membri in-  
fusum est ad ipsorum proficiens continuationem,  
in quo etiam humiditatis nutrimentalis dirigitur et as-  
simulatur. Secundus autem humor est in genere omnium  
humidum quod quidam a principali dispositione cibi  
uel spermatis conuersum est, sed non dum opera-  
tione alicuius membri actu membri pars esse  
ctum est. Primus autem humor sicut diximus  
quadupliciter speciei sanguinis uidelicet et fle-  
gmatis colere ruber et colere niger et sanguis  
quidam humor diuiditur in naturalem sangui-  
nem et in sanguinem innaturalem. Naturalis  
quidam sanguis est in homine bone complexionis  
qui colore quidem est ruber sapore ualde  
dulcis et odore boni odoris et humidus ex his  
hoc in uariis secundum omnes modos comple-  
xionum et etatum quos in libro de natura lo-

corum et etatum diuersitate descripsimus. Pa-  
riatur autem etiam secundum naturam diuersitatis ad  
malum tam in colore quam in sapore et odore,  
quecumque enim horum magis accedunt ad cole-  
ram rubeam incensam, horum sanguis con-  
tinuo est uehementer rubicundus inflamma-  
tus et siccus et odoris acuti et saporis simili-  
ter et est spumosus gracilis spume, quecum-  
que autem ipsorum magis sunt flegmatica ho-  
rum continue sanguis magis est paleus aque-  
us et insipidus, eorum autem que melancholica  
sunt declinat sanguis ad nigredinem et spissi-  
tudinem habet et terrestritatem multam, hoc igitur  
est sanguis naturalis predicto modo com-  
plexionum et etatum uariatus. Innaturalis  
autem sanguis est qui a dispositione naturali  
mutatus est, tam in colore quam in sapore et odo-  
re. Ex hoc contingit duobus modis ex seip-  
so uidelicet solo aut ex alio humore permix-  
to sibi et remouente cum a dispositione natu-  
rali ex se quidem quando aliquis qualitate ac-  
tius uel passius impeditur a dispositione natu-  
rali siue illa sit caliditas incendens, aut fri-  
giditas digestionem suam impediens, aut hu-  
miditas nimia aut forte nimis pauca. Quia  
minima calore naturali terminari non potest  
pauca autem exsiccatur ante decoctionem aut  
forte etiam est siccitas diuersis mutationibus  
impediens sanguinis dispositionem naturalem  
Ex alio autem humore remouetur sanguis  
a dispositione naturali. Ille enim humor alie-  
nus aut generatur ex ipso sanguine aut ab  
alieno, unde et penetrat in ipsum, corrumpit  
enim et utrumque horum modorum incipit de-  
clinare, aut ad flegma aut ad coleram aut ad  
melancholiam et de modo huius generationis  
humorum infra determinabitur et siquidem  
declinauerit ad flegma sit aquosus. Si autem  
ad coleram rubeam sit turbidus aliquantulum  
et si ad coleram nigram sit fetidus et alie-  
as multas acquirat diuersitates horum, ex ho-  
rum humidorum ad infectionem, flegma autem  
est humor quem non perfecte decoxit calor na-  
turalis impediente superfluitate aquositatis  
eius, aut etiam eo quod calor naturalis debilis  
et impotens fuit ad completam ipsius deco-  
ctionem et hoc diuiditur in duas differentias,  
quarum una est flegma naturale, Alia autem  
est flegma innaturale. Naturale autem fleg-  
ma quod calore naturali digerente. Aliquod sit sa-  
guis innaturalis a calore corrumpente, aliquod sit  
mala febris et in primo quod horum differt fleg-  
ma a colera et melancholia que nunquam per calorem  
naturalem digerentes sanguis bonus efficiuntur



In secundo autem conuenit tam cum colera  
 q̄s cum melancolia que ambe colore innatu  
 rali putrefaciente possunt fieri materia febris  
 fleuma autem naturale licet ex defectu dige  
 stionis generetur et sit incomplete digestum  
 tamen intentione nature sic formatur et cum  
 sanguine fluit ad mēbra propter causas qua  
 rum due sunt cause necessitatis et tertia ē uti  
 litatis. Et quid vna necessitatis causa est q̄  
 flegma ideo cum sanguine dirigitur ad mem  
 bra. quia oportet flegma esse in membris in  
 fusum ut cum sanguinis aliqua de causa fue  
 rit retentus in epate uel in alio loco calpr na  
 turalis qui est in membro interim agat in fle  
 gma ibi inuentum et conuertit ipsum in san  
 guinem et ex eo cibet et nutriat membrū. Alie  
 ter enim calor naturalis membri substantiam  
 consumeret et desiccaret. Alia aut causa neces  
 sitatis illud q̄d sit in sanguinem ad nutrimen  
 tum quorundam membrorum flegmaticorum  
 que puto non possunt nutriri sanguine sicut  
 est cerebrum et oculi nervi et hmōi. Tercia  
 autem que est causa utilitatis ut cum sangui  
 ne decurrens adhaereat iuncturis membrorum  
 quibus frequentes et fortes motus excitent.  
 ne calore qui per motum excitatur exsiccata  
 durecant et inhabilia fiant ad operationes.  
 Dñs aut de causis sicut testat galienus non  
 fecit natura receptaculū propriū flegmati. si  
 cut neq̄ sanguini cū in receptacula fecit cole  
 re zubea et colere nigre sicut superius dixim⁹  
 totū. n. corpus indiget flegmate que indigen  
 tia suppleri non posset si ad spale et p̄prium  
 flegma receptaculū deriuaret. Innatural aut  
 flegmatis modi sunt nouē. horū aut primus  
 q̄ etiā flegmatis p̄pria h̄z rōnem q̄d est insi  
 pidum q̄n est solū. sed q̄n adiungit ei aliquid  
 uapor sanguinis sentit dulce et distillans a ca  
 pite in reumatibus et sputis frequē mellis  
 saporē habere uidet. p̄pter q̄d etiā h̄z quib⁹  
 in somnis h̄z flegma ad palatim et linguā di  
 stillat somniāt semel sugere uel cōedere. Se  
 cundus aut modus flegmat est subtile ualē  
 et aquosū sicut illud q̄d sanguini supnata  
 q̄n de uena extrahit et aliquantulū steterit. et  
 h̄z duo modi flegmatis nō multū sunt diuer  
 sarum substantiarū in raritate et spissitudine et  
 mollitia et duricia s̄m seipm cōsiderata. Sz  
 q̄n primus modus compa<sup>to</sup> inuenit pri  
 mus spissioris essentie q̄s secundus modus. p̄  
 mus. n. modus p̄cipue ḡnat a frigiditate ce  
 rebrī ex subtile sanguine illuc delegato p̄pter  
 q̄ etiā dulcedinē retinet sanguinis propter  
 q̄ etiā infantes et pueri frequenter sugunt

flegma suum. Sed secundus modus est ipsa  
 sanguinis aquositas indigesta. Tercius aut  
 modus flegmatis est quando diuersificatur  
 in substantia et sensu et ueritate ita q̄ vna ps  
 est spissior q̄s alia. et vna pars alterius sapo  
 ris in gustu q̄s alia et hoc est muscallagino  
 sum ab antiquis uocatum sicut illud quod  
 educitur de naso animalium. Quartus uero  
 modus est quando animal idem quid in esse  
 tia diuersificatur sc̄dm spissitudinem et tenui  
 tatem. sed non uariatur in sensu sc̄dm gustū  
 sed ubiq̄ in partibus inuenitur insipidum et  
 hoc uocatur crudus in reumatibus et casbar  
 ris et uomitu proiectum et diuersitas essen  
 tie istius flegmatis aliquando rix perpendi  
 tur. Quintus autem modus flegmatis est q̄  
 sc̄dm totam essentiam suam est toto grossum  
 ualde et spissum ac si ipsum sit gipsus aqua  
 mollificatus et hoc uocatur gipseum et cau  
 sa spissitudinis eius est. quia diu retentus est  
 in poris et iuncturis et euaporauit ex ipso sub  
 tile aqueum quod erat in eo et tale efficitur  
 quod est in nodis flegmatis qui apparent in  
 capitibus hominum et corporibus. et in cor  
 poribus quorundam aliorum hominum.  
 Aliquando etiam per calorem decoquentem  
 efficitur sicut lapis gipseus p̄cipue quan  
 do vicinum est alicui membro calorem habē  
 ti sicut in temporibus nostris nobis et alijs so  
 cijs nostris presertim se mulier que diu senserat  
 grauedinem iuncturarū in renibus cū quodā  
 tpe fricaret locū et rūperet pellē exiuerūt de  
 loco. x. lapides ad quātitatē telse quadra  
 te et crāt quasi essent gipsei. Sext⁹ modus fle  
 gmat est q̄d ex subtile flegmate p̄ frigiditates  
 inspissatū est et ingrossatū est. eo q̄ hūditas  
 eius rēp̄sa ē in pfundū sui que p̄mo q̄n fuit  
 calidū fluxit p̄ ptes eius et subtiliauit eas. Lū  
 at supuenit frigiditas rēp̄ssit eā in pte et in p  
 fundū subē ipsius et pte aliqua expsit ex ipsa  
 subā ipsius et h̄ uocat uiscrū. eo q̄ in subā et  
 pondere sit uiz liquefactū et ē uiscosū ualde  
 eo q̄ ptes ipsius aquee ualde p̄iacēt et colligū  
 tur p̄tib⁹ terrestrib⁹ eius et euerfo. Septim⁹  
 mod⁹ flegmat eius q̄d uocat flegma salū et  
 h̄ nō h̄z purā flegmat subām. q̄n h̄z creat⁹ ex  
 eo q̄ ptes quid colerice aduste amazeaquo  
 sitate flegmat imiscēt et frāgit amaritudo eo  
 rū in ipsa flegmat aquositate et ex in creat sa  
 por saluus sicut etiā in alijs naturalib⁹ libris  
 d̄terminaui⁹ p̄pter q̄d etiā q̄n uincūt ultra mo  
 dū ptes aduste ita q̄ frangi nō p̄nt a quosita  
 te flegmat resultat i eis amaritudo magna que  
 quasi saporē h̄z fell⁹ cui aliqd aque ē admixt⁹

Octauus modus flegmatis eius est qđ uo-  
catur acetosum et fit ex duplici causa. vna qđ  
dem est quando in seipso per calorem aliquē  
nimis ebullit tunc enim euolantibus quibus  
dam partibus ipsius superficialis acciunt et  
saporem acetosum accipiunt que ante dulces  
fuerunt sicut aliquantulum acetum quando  
nimis ebullit. Alia autem causa est quando  
aliquid colere nigre que adusta est penetrare  
rit in ipsum. per illam enim acetosum et acur-  
tum efficitur. Nonus et ultimus flegmatis ei-  
us modus qđ uocatur ponticum flegma qđ  
etiam duplici ex causa fit. Aliquando. n. per  
frigiditatem propriam pars exprimitur aquo-  
sitas eius et alia conuertitur ad terrestritates  
et tunc ponticum accipit saporem. Aliquādo  
autem aliquid melancolie penetrat in ipsum  
que terrestritate et frigiditate sua dat ei sapo-  
rem ponticum. Colligentes igitur dicimus  
qđ flegma in substantia est quadruplex aquo-  
sum videlicet et muscalaginosum sub quo cō-  
prehenditur et crudum vitreum et gypseum.  
In sapore autem est etiam quadruplex saltū  
videlicet et acre ponticum et insipidum ad qđ  
etiam dulce reducit. hos autem omnes mo-  
dos flegmatis inuenimus in corporibus p-  
cipue animalium sanguinem non habentium  
eo qđ humor nutritualis eorum qui loco  
sanguinis est. totus est flegma et in diuersis  
speciebus eorum diuerse sunt species flegma-  
tis. Inueniuntur autem etiam isti modi in a-  
malibus sanguinem non habentibus scđm  
diuersitatem temporum et membrorum gē-  
ri. hec igitur dicta sunt de flegmate. scđm eun-  
dem modum de colera rubea que grece bilis  
rubea uocatur dterminandum est. Colera au-  
tem humor spumofus quasi sit ex spuma san-  
guinis cuius color est rubeus clarus. hñas  
pondus leue sapor acutus et scđm proprie-  
tatem naturalem est calida et sicca et quo fue-  
rit calidior erit eo acutior et hec quid est co-  
lera naturalis. Innaturalē autem uocamus  
que in aliquo deficit ab ista aut in pluribus.  
Naturalis autem colera scđm locos in quibus  
inuenit diuiditur per duas differentias. vna  
enim pars ipsius non separatur a sanguine.  
sed uadit cum ipso et altera pars istius ad hy-  
stīm fellis. Illa autem pars que uadit cū san-  
guine non separata ad ipsum dupliciter uadit  
cum ipso. qđ enim generaliter uadit per totū  
corpus et huius necessitas est ut mobilitate  
et acumine suo. et calore aperiat meatus sub-  
tiles perforando ipsos ut sanguis ubiqz pe-  
netrare possit per ipsos et omnia mēbra nu-

trire. quedam autem uadit cum sanguine ad  
locum determinatum ut nutriat membrū co-  
lericum qđ non nisi colerico sanguine ad pul-  
monem. ea autem pars que ad hystīm fellis  
deriuatur propter duas causas deriuatur ad  
eam quarum vna est particularis videlicet nu-  
triat fel. Alia autem vniuersalis est qđ videlz  
qđ emundet corpus a superfluitate coler que  
sicut in thauo reponitur in hystīm fellis. ha-  
bet enim fel porum apertum ad inferius in-  
testinum sicut diximus in phabitis et ad mus-  
culos ani et ficteris et per illum emittens cole-  
ram et pungit intestinum ut stercus emittat et  
pungit musculos ficteris ad apericndū mea-  
tum. propter qđ in illis accidit colica et eiusdē  
pori fellis obduratione. Adhuc autem eadez  
colera per dictum porum immixta stercore ab-  
luit a sorde viscosa intestina et emundet ea  
ut suas liberius perficere ualeant operatōnes  
Innaturalis autem colera scđm suas prope-  
tates deficit ab ista. et quia omnis declinatio  
est multis modis. ideo etiam innaturalis co-  
lera multis sit modis. In genere tamē ē duo-  
rum modorum. Aliquando enim sit innatu-  
ralis propter innaturalem et extraneam a sua  
substantia sibi humorem admixtum. Aliquā-  
autem ex sue generationis qualitatibus defi-  
cientibus sit innaturalis et priori quidē mo-  
do sit innaturalis duobus modis scđm ad-  
mixturem duorum humidorum peruen-  
tium naturam eius. eo qđ sanguis naturā ei-  
us non peruertit. Cum autem admisceatur ei  
flegma in ipso epate ubi est locus generatio-  
nis eius sicut inferius ostendemus sit duo-  
bus modis innaturalis scđm duplicem sub-  
stantiam flegmatis qđ in epate generatur. Si  
enim flegma ad impetum sit tenue efficit co-  
lera citrina. eo qđ rubor et claritas colere per  
mixta aquositate flegmatis citrinum consti-  
tuit colorem. Si enim flegma admixtum sit  
grossum efficitur colera vitellina que prope-  
fiscositatez flegmatis similis est vitellis ouo-  
rum. Colera tamen hec uocatur mixtura p-  
pter colere habundantiam in tali cōmixtione  
vniuentem. Sed ea que uocatur citrina est  
que consueto et usitato nomine colera uoca-  
tur. ¶ Si autem misceatur ei melancolia que  
uocatur innaturalis et adusta hoc etiam sit  
duobus modis aliquando cā talis adustio  
fit ex ipsamet colera quando videlicet p ebul-  
litionem conuertitur ad cineritatem ita qđ ip-  
sum subtile quod est in ipsa non separat. sed  
remanet cum partibus cinereis adustis et h-  
est acuta ualde radens membra et est ualde

mala in fluxibus et apostematibus. Aliquā  
 do autem admiscetur ei melancholia ab exte-  
 riori ingrediens in substantiam eius et huius  
 color non est rubeus vniuersalis, sed similis san-  
 guini obscuro et hec est minor quā antedicta.  
 ea autem que ex seipsa per nimium calorem in  
 naturalem conuertitur secundum loca in quibus  
 generatur dividit in duas differentias, quod  
 enim illius generatur in epate quando subti-  
 le sanguinis adurit et remanet grossum adu-  
 stum sicut cinis et hoc vocatur adusta, quedam  
 autem ipsius generatur in stomacho et hoc est  
 duorum modorum. Aliquando enim colera vi-  
 tellina de qua superius diximus, feruore ni-  
 mio aduritur et consumitur humidum eius.  
 ita quod ex crocea transit in viride quod est sicut vi-  
 ror prassi siue marrubij et hoc vocatur prassi-  
 na colera. Aliquando etiam hoc eadem plus  
 adurit et amplius consumitur humidum ipsi-  
 us et tunc fit sicut erugo cris viridis virore  
 aliquantulum albescente et clarescente. Unde  
 hoc peior est omnibus, et habet naturam venenā  
 ostendimus etiam in antichabitis libris natu-  
 ralibus quod calor in humido corpore primo  
 facit obscuritatem et cum perseverauerit ic-  
 cet aliquam claritatem et frigidum in eodem  
 corpore operatur econuerso. Adhuc autem quod  
 calidum in terrestri sicco inducit primo albo-  
 rem et tandem obscuritatem et frigidum econ-  
 uerso operatur in eodem, hunc autem colerici-  
 cum humorem raro et fere parum inueniuntur  
 in caribus sanguine, sed in herbis sangui-  
 nem multum inuenitur. Quod enim anima-  
 lia sunt quorum nutrimentum et sanguis fere  
 totum est colericum et illa sunt seua et uelo-  
 cia sicut leo et tigris propter quod natura tali-  
 um non bene scitur animalium nisi scitur na-  
 tura dicti humoris, in hominibus autem et  
 alijs quibusdam est diuersitas, eo quod quorundam  
 naturam plus sequitur coleram et quorundam  
 sequitur alios humores et omnes  
 has diuersitates oportet scire cum qui natu-  
 ram vult scire animalium. Melancholia autem  
 que colera nigra siue nigri kystis vocat est  
 ultimus humorum naturalium sicut testatur  
 constantinus. Est autem humor qui boni san-  
 guinis fex siue turbulentia et ypostasis sepa-  
 ra ab ipso per residentiam turbulentie eius in  
 profundo et non per adustionem cuius sa-  
 por est inter dulcem et ponticum que quidem  
 melancholia in epate generatur et generata de-  
 riuatur ex parte in omnes venas cum sangui-  
 ne uadens, partim autem delegat ad splenem  
 in hijs que splenem habent, hoc autem quod de

ipsa cum sanguine uadit duabus, cum sangui-  
 uine uadit de causis, quarum una est, necessi-  
 tatis et alia utilitatis. Causa autem necessi-  
 tatis est ut nutriat membra grossa terrestria quod  
 bus omnia membra sustentant et colligant  
 sicut sunt ossa, Causa autem que est utilitatis  
 est ut in sanguine stringat et confortet et in-  
 spisset, eo quod omnia corpora animalium ma-  
 gis sunt terrestria et nutrire non possunt nisi  
 sanguine in quo multum est terrestriatis si-  
 cut ostendimus in secundo libro pygneos.  
 pars autem que ad splenem deriuatur est illa  
 qua non indiget sanguis sicut est pars cole-  
 re rubee que felle deputatur, illa est qua non  
 indiget sanguis, hec autem similiter duabus  
 de causis ad splenem deriuatur, quarum una  
 est necessitatis, alia autem utilitatis, et illa quod  
 que est necessitatis est duplex, vniuersalis vi-  
 delicet et particularis, vniuersalis quidem est  
 ut totum corpus a superfluo melancholie emū-  
 detur, superfluum autem dico quo non indiget  
 sanguis ad sui spissationem et melancholico  
 membrorum nutrimento. Particularis au-  
 tem est ut splen nutriatur nutrimento sibi co-  
 uenienti sicut et cetera membra, Causa autem  
 utilitatis similiter est duplex, hoc enim quod  
 ad splenem ulterius deriuatur ad os stoma-  
 chi in quod influit melancholia quasi mul-  
 gendo est id quo ad os sui nutrimento non  
 indiget splen, sicut et id quod ex felle deriuatur  
 ad intestina est id quo ad sui nutrimentum non  
 indiget kystis fellis et hoc fit duabus de cau-  
 sis, quarum una est, quia sui terrestriate strin-  
 git et confortat os stomachi et inspissat ut vi-  
 tutes eius melius retineantur in ipso. Secū-  
 da autem est, quia ad os stomachi per suam  
 acredinem commouet ut sic puocat famis ap-  
 petitum et hoc quod etiam diximus superius  
 in anothomia splenis. Hec melancholia natu-  
 ralis fex est sanguinis sicut diximus nec po-  
 test esse aliquis naturalis melancholia que sit  
 fex et ypostasis aliorum humorum, quoniam  
 a flegmate per residentiam nihil separat pro-  
 pter sui viscositatem sicut nec ab oleo. Et co-  
 lera naturali similiter per residentiam nichil  
 de quo sit curandum separari poterit propter  
 frequentes motus ipsius et subtilitatem et par-  
 citatem terrestriatis ipsius et eius lenitatem  
 et ideo contingit melancholiam naturalem sim-  
 plicem sanguinis esse ypostasim, licet autem ab  
 alijs humoribus non separatur aliquid ypo-  
 staticum propter modum residentie segrega-  
 tur, tamen ex eis aliquid terrestre quod est in ip-  
 sis, aut per calorem adurentem aut per frigus

exprimens. Sed hoc modo generatur melancolia innaturalis. et ideo naturalis melancolia non est fey et ypostasis sanguinis. et licet etiam colera quam supra uocauimus adusta etiam sit adustio cinerea. tamen sicut supra diximus in eadem colera manet subtile acutum et humidum. hoc autem manet in melancolia cineres adusta et in hoc est differentia adustionis cineree in colera rubea et in melancolia innaturali. Nec igitur innaturalis melancolia est quadruplex. vna quidem que a colera rubea per adustiones separatur in qua non manet subtile humidum. quia euolauit sed sola manet cinereitas que melancolia uocat. alia autem separatur per adustionem a flegmate et hoc dupliciter sicut duplex in genere est substantia flegmatis. quedam. n. separatur a subtili flegmate per adustionem cineream et h. est salia parum tendens ad ponticitatem et tri est multum mala. que autem per adustionem separatur a flegmate grosso et h. aliqui est acris. et aliquando pontica aut forte comixta saporis. neque etiam ista est multum nocua. Tercia autem separatur per adustionem a sanguine que est saporis pontici parum uergentis ad dulcedinem et non est ualde nocua etiam ista. Quarta autem separatur a melancolia et hoc contingit duobus modis. Aliqui etiam per adustionem cineream separatur a melancolia naturalis subtile et hec est nigra acris acetosa bulliens quando cadit super terram per egestionem eius gustum fugiunt musce et alia animalia humidum stercoris gustantia et h. pncabilis est et excoctiua nisi cito occurratur ei in principio. et habet similiter hanc malitiam que non de facili recipit medicinam. aliquando autem per adustionem separatur a melancolia grossa et h. est minoris acridinis pauca habens ponticitatem et tardius autem nocet quam ea de qua iam antediximus. Sed habet hanc malitiam que etiam tardius quam illa recipit medicinam. Isti igitur sunt modi melancolie et ea quidem que est naturalis habundat in multis animalibus ita que totus sanguis eorum est melancolicus sicut bubali et vri et boues qui apud nos uelut uocant et similiter est in alijs animalibus. In omnibus autem diuersimode etiam participatur humor iste. quoniam si non sit multum adusta. sed adustio aliqua cum melancolia naturali que alteret ipsam et non incineret ita que fumaret incipiat tunc melancolia illa erit habens multos et stabilitos et conformatos spiritus. quia calidum eius bene mouet et eius humidum cum ypostasi terrestri non inci-

nerata optime mouetur propter quod tales habent stabilitos conceptus et ordinatissimos effectus et efficiuntur studiosi et uirtutum optimarum. Et ideo dicit Aples in libro de probleumatis que omnes maiores phy sic anaxagoras et tales mycelius et omnes illi qui uirtutibus precellebant homines. sicut hector et enee et priamus et alij erant de tali melancolia. dicunt enim que talis melancolia habet naturam vini rubei quod fumosum est et confirmatorum et stabilium spirituum generantium. h. igitur de melancolia a nobis dicta sunt.

Capitulum quartum et est digressio declarans horum humidorum substantiam et causas et generationem.

Is autem sic distribuitur oportet scire humoris animalis corporis substantiam et generationem. dicit autem galenus que quicunque dicit unum tantum humorem esse qui nutrit corpora animalium non uerum dicit. cum enim membra quedam sunt durissima sicut ossa quedam autem mollissima sicut cerebrum et medulle. et quedam media sicut caro. oportet et ipsum nutriendum diuersarum complexionum et qualitatum. hoc autem satis planum est ex precedentibus. Experimento autem artis id probatur. quoniam si sanguis de uena extractus ad lentum ignem in uase ponatur statim ut cale fieri incipit. lente spumam gracilem et clare tutem superius ebullit que est colera rubea et id quod de eo adustum est non separatur a subtili est colera innaturalis. Idem etiam sanguis statim inferius sublidendo ypostasim obscuram facit et hec est melancolia et quod incineratur ex illo est innaturalis melancolia. et tunc constare incipit in eo quoddam uiscosum sicut albumen oui et h. est flegma. enatat autem preter h. aquositas pura tenuis qui nullus omnino humor est. eo que est aquositas bibita que currere facit cibum. sed nichil nutrit eo que corpus hominis compositum est sicut et ceterorum animalium et simplici non nutrit Aquositas autem illa aut simplex est aut simplicis substantie vicina et ideo corpus non ex quatuor comixtum elementis nutrire. nullatenus potest propter quod neque humor dici meretur humorum aut dictorum generatio est per cibi digestionem. Digestionum autem alia est imperfecta et incipit. Alia autem completa et perfecta. Imperfecta autem est que incipit in ore. Inferior namque oris superficies continua est interiori stomachi et meri et superficiali. et ideo uirtute habet digerendi

sed incompletam propter quod triticum aut or-  
deum masticata conferunt maturandis apo-  
stematibus quam cum maturatione non facit  
triticum et aqua infusum et cum aqua coctum  
conferet autem maturationi illi compositio salu-  
tate in qua est uirtus caloris stomachi et hec  
quid est digestio imperfecta. perfecte autem di-  
gestionis sunt quatuor sibi succedentes qua-  
rum prima est in stomacho uirtute caloris  
non stomachi tantum. sed uirtute caloris omnium  
membrorum que stomacho circumponunt.  
a dextro enim assistit ei calor hepatis. a sini-  
stris autem calor splenis qui licet non sit cali-  
de substantie tamen propter arterias et uenas  
que sunt in ipso calefacit. in circuitu autem est  
calor sibi de quo diximus superius quod ca-  
lorem cito recipit et diu tenet. Superior autem  
est calor cordis per uenam que est inter hepatis  
et cor et per calefactionem diafragmatis sto-  
machum calefacientis et in ista digestionem se-  
paratur a cibo superfluitas sicca. eo quod cibus  
per misticas surgit ad portam hepatis et tunc  
egreditur superfluitas sicca per uenarum sto-  
machi. non autem per artitudinem misticarum  
posset trahi cibus nisi esset in eo multa aquo-  
sitas que infundit per totum et non est de sub-  
stantia cibi. neque tamen ab eo potest separari  
nisi ab hepate prius humor cibalis separatur  
Cum autem tota simul massa cibi cum multa  
aquositate stomacho separatur totum hoc est  
in similitudine typane propter quod ab anti-  
phis massa typanaria uocatur. A quibusdam autem  
grecis sapientibus uocatur kylus hoc est lucus  
hic igitur kylus per misticas in partem hepatis  
attractus diuiditur per ramos porte hepatis  
que ingrediuntur substantiam hepatis adeo in mul-  
ta quod quasi capillaris est eius diuisio hic ideo  
fit ut totum quasi hepatis efficiat. et uirtus hepatis  
ubi que totum kylum attingat et dirigat que  
tamen in gibbo hepatis colligatur ad uenam  
que est inter cor et hepatis et ibi per emulgentes  
duas superflua aquositas ab eodem separatur  
et dirigatur ad renes et uiscositate illius et  
sanguinolentia modica que remanet in ipso  
renes nutriuntur et reliquit colatum ad uellicam  
dirigitur et emegitur per uirgam sive per col-  
lum uellicae. Alia autem pars kyli de substan-  
tia est quatuor humorum dictorum et haec a me-  
dio cordis thalamo uirtutem accipit nutriti-  
di sicut in prehabitis ostendimus. et in gib-  
bo isto hepatis secunda perficitur digestio que  
iam inceperat a prima porta ipsius inferiori  
aut etiam in misticis sicut in antehabitis di-  
ctum est et superfluum quod abicitur est aquo-

sitas nimia que non est de humorum aut ky-  
li substantia. patet igitur quod sanguis boni cal-  
efficiens est calor naturalis digestiuus tem-  
peratus secundum proportionem. Causa autem ma-  
terialis est id quod de cibis et potibus nutri-  
entibus est temperatum. Formalis autem causa  
est decoctio siue digestio conueniens. Et cau-  
sa finalis est nutrire corpus. Efficiens autem  
causa colere rubee est calor igneus superfluus  
in hepate proprie ubi horum humorum omni-  
um locus est proprius generationis. Causa ue-  
ro materialis eius est id quod de cibis et poti-  
bus nutrientibus est subtile dulce uiscosum  
aut acutum. et causa formalis eius est dige-  
stio superflua. finalis autem causa est necessi-  
tas et utilitas sicut superius assignauimus.  
Efficiens autem flegmatis est ea que est in he-  
pate caliditas diminuta. Causa autem material-  
eiusdem est id quod de cibis et potibus est gros-  
sum humidum uiscosum frigidum. Et forma-  
lis causa est digestio deficiens a complemen-  
to. finalis autem causa est necessitas et utili-  
tas quas nominauimus. Melancolie autem  
naturalis causa efficiens est eius qui in he-  
pate est caloris temperamentum cum refrigerio  
aliquo. Innaturalis autem causa efficiens est ca-  
lor adurens ab equalitate recedens. Causa  
autem materialis est id quod de nutrientibus est  
uehementer et grossum et parum humidum.  
Causa autem formalis est residentia grauando  
ypothesis descendens. finalis autem causa ne-  
cessitas est et utilitas quas superius assigna-  
uimus. Multitudo autem melancolie que ali-  
quando superabundat in quorundam alium  
corporibus ex quinque causis generantibus fre-  
quentius generari consuevit. quarum prima est  
superflua hepatis caliditas incinerans humo-  
res. Secunda splenis attrahentis causa debi-  
litas. Tercia est frigoris intensio et habun-  
dantia ad terrestritatem humoris deducens  
per humidam expressionem. Quarta est frigo-  
ris non excellentis continua perseverantia pro-  
pter causam eandem. Quinta et ultima est mul-  
tudo in frigiditatem precipue si longe sunt.  
Ille enim etiam incinerant humores et corpore  
deducant ad terrestritatem. Melancolia autem  
multiplicata stat inter stomachum et hepatis et  
tunc oportet quod minueret sanguinis et alio-  
rum bonorum humorum generatio. ut autem  
dicatur generaliter cause efficientes generatio-  
nis humorum sunt caliditas et frigiditas. Sed  
caliditas temperata gignit melancoliam accensam  
propter incinerationem quae facit. In omni-  
bus in his proportio actiuarum ad passivas

et conuerso passiuarum ad actiuas attendē  
da est qualitatum sicut sepius in antehabitis  
libris expositum est. nec oportet credere per  
bis quorundam dicentium q̄ semper comple  
xio corporis animalis generet humores si  
bi similes. contrarium enim frequenter gene  
ratur a contrario per accidens et non p̄ con  
uenientiam essentie et sic complexio frigida  
et sicca frequenter generat humiditatem sup  
fluan non quid per essentiam sed p̄ digestio  
nis debilitatem et talis complexio est in ho  
mine macro nigro artarum uenarum laxaz  
iuncturazum qui lene hoc est sine pilis ha  
bet corpus et ipse est frigidus et timidus ha  
bens senum pprietatem et ideo generatur in  
eo qd̄ etiam in senibus generat. h̄ est humi  
ditas mēbris adherens sicut in senibus q̄q̄  
senium scdm̄ ueritatem sit frigidum et siccum  
scdm̄ complexionem sicut in libro de etatib̄  
determinatum est. omnia autem hec que di  
cta sunt in secunda complet digestionem. San  
guis autem et qd̄ cum eo fluit et de alijs hu  
moribus terciam digestionem habet intra ue  
nas ex calore que habent a corde et epate et  
quartam habent in membris in qua distillat  
Sed superfluitas prime digestionis per ege  
stionem et secunde superfluitatis purgat per  
urinam et pars eius trahit ad splenem et ps  
ad kystim fellis. tercię autem superfluitatis et  
quarte purgant per poros manifestos et oc  
cultos. per manifestos. n. purgat sicut fleg  
ma per nares et melancolia per oculos et co  
lera per aures. per occultos autem sicut per  
sudores et corporis sordiciem et eius aliqd̄  
egreditur in pilorum substantias et aliquid  
in unguis formatur et cornua et aliquando  
in apostematibus. Non aut̄ pretermittendū  
est q̄ sicut diximus omnes isti humores in  
animalibus aliquādo subtiles sunt. aliquan  
do aut̄ grossi et quorumcūq; animalū sub  
tiles sunt humores sunt etiam subtiles pellis  
et porosi corporis et quia subtile facile resol  
uitur. ideo humores talium cum spiritibus  
cito resoluuntur et tunc ualde debilitant pro  
pter q̄ delicatis cibis utentes qui subtilium  
sunt humorum ex modico motu uel labore mē  
tum debilitantur. quid. n. sunt humores mo  
uentes sicut motus labor et calor mouent sā  
guinem et coleram et forte etiam melancolia  
et de numero eorum etiam aspectio uel cogita  
tio de talibus propter etiā fluentem sangui  
nem per nares alium locum prohibetur alpi  
cere res claras rubeas et cogitare de ipsis et  
ideo elephantibus ostenditur rubor p̄ini uel

sanguinis ut sanguine moto ex cētent ad pre  
lium et in seruore coitus existentibus anima  
libus ostenduntur colores aliqui uisimiles  
illis ex motu sanguinis inducuntur in fetu.  
Quies autem et frigus et somnus multipli  
cant flegma et sedant humores et ideo spissā  
tur et grossantur contra q̄ antiqui stoyci ex  
ercitium inueniunt ludos in theatris et gin  
gnalij et in palastra et in ceteris hmoi ludis  
quibus grossities et uiscositas humorum dis  
solutur et euentant corpora et excitatur ca  
lor sopitus in eis. preter dictas autem humi  
ditates sunt in corporibus animalū humi  
ditates ex hjs generate et has consequentes  
sicut sperma et sudor et lac de quibus tempus  
est prosequendi quando de natura sanguinis  
plenius erit petractatū qui humor generali  
or et naturalior est in corporibus alium.

Capitulum quintum de telis rorane et  
ceteris hmoi homogenijs que ex hu  
moribus habent gnari.

Scimus igitur q̄ sanguis in hūitibus  
sanguinez est humor nutriendus qui po  
tentia est caro in animalibus habentibus sā  
guinem in quo sunt due qualitates uite que  
scdm̄ calidum et humidum. quia cum sāguis  
est in se continens etiam alios humores con  
currentes cum eo ad nutrimentum diuersorum  
membrorum uiscosorum sicut neruus et ve  
na et duroruz sicut sunt ossa. ideo in sangui  
ne multorum alium extenduntur queb̄ fila  
que sunt quasi media inter naturā substantie  
uenaz et neruorum et habet ypostasiuā resi  
dentiam ex qua fiunt ossa et munda spissa et  
dura et ille sanguis de facili coagulat preci  
pue tamen fila in ipso uidentur esse contexta  
ad modum tele. Ex hjs enim filaribus telis  
sanguinis etiam nutriuntur tele corporis. in  
omnibus. n. corporibus animalium sūt tele  
siue panniculi inuolutes diuersa membra  
corporum eorum et queb̄ telaz istarum nō  
pnt scindi ita q̄ aliquid de ipsis abscidat ita  
q̄ itez coagulet tela et psolidet et recrecat.  
q̄ sunt facte de humido primo radicali. acci  
dens aut̄ hoc siue pprietas hūdi telas diuer  
sificatur ualde in corporibus alium que ta  
les habent. In quibusd̄. n. est pinguedo que  
dam mixta cum tela sicut zrbū mixtū est cū  
syphac uenis. In quibusd̄ aut̄ telis nō est h̄  
sed sunt sine pinguedine sicut dura mater ca  
pitis. Adhuc aut̄ iste tele non extendunt ad  
quodlibet os ita q̄ quodlibet os ipsis inuoluat

sensibilibus. sed quodlibet aliorum membrorum  
 nobilium habet telam se involuentem sicut  
 in primo libro in anothomia ostendimus.  
 Maxime autem omnium telarum corporis  
 sunt ille que sunt in capite que sunt due. Sed  
 una illarum que est ad dextram capitis est spissior  
 et fortior alia que immediate continet cereb-  
 rum et post istam maior est ea que est te-  
 la cordis. h est ea que cor involuit. qm h no  
 loquimur nisi de telis membra involuentibus  
 per istas autem telas est sensus in membris i  
 sensibus que ipsis involuuntur. et ideo qua  
 do ab osse excoriatuz tela involuens ipsum.  
 que habet sensus et percussu ictu doloroso et  
 non sentit. quoniam insensibile est os nisi sen-  
 su panniculi que involuit ipsum. zirbum autem  
 etiam habet telam sibi permixtam quam syphac  
 supra nominavimus. et omne animal habens  
 sanguinem habet zirbum. Sed in quibusdam  
 animalibus est zirbum multi septi et in quibus-  
 dam pauci. Inicium autem zirbi pendet a me-  
 dio ventris ubi complet digestio in animalibus  
 que sibi similia generant animalia que ha-  
 bent dentes in utraque mandibula anteriores  
 qui incisores vocant et pendentia et zirbi circa  
 ea intestina assimilant suture cuidam. In his  
 autem que generant animalia et carent denti-  
 bus anterioribus in superiori mandibula pe-  
 det inicium zirbi a ventre majori qui vocat  
 stomachus. vesica est animalium tele sine pan-  
 niculo assimilata. quous remota sit et absolu-  
 ta a generibus telarum. eo quod nihil involuit  
 in ipsa sicut involuunt membra in telis et qua  
 extenditur et zibitur quod non faciunt tele. sed in  
 substantia convenit cum telis. eo quod nervose  
 est substantie sicut tele. omne autem animal gene-  
 rans sibi simile animal ex utero habet vesicam  
 telarem distinctam. ovans autem animal non ha-  
 bet vesicam preter genera lacertarum et presertim  
 animal quod laba vocat quod etiam vicini generis  
 lacertarum licet sit pinguis illo. A vesica ve-  
 ro mortuorum nunquam exiit humiditas et ne  
 eo quod coagulatione mortis obtinuit collum  
 eius per quod urina effundit. aliquando autem  
 in vesica residet ex urina superfluitas terre-  
 stris sicca glutinosa et hoc calore corporis  
 coagulat in lapidem et fit animal illud calcu-  
 losum. Ista igitur quam diximus de natura ve-  
 narum et nervorum et coram et telarum et pilo-  
 rum et solcarum et unguium et unguularum et  
 cornuum et dentium et rostrorum et ossium  
 et cartilaginum et aliorum hogenecorum mem-  
 brorum que sunt similia istis. Caro autem et  
 sibi simile membrum quod est loco carnis est in

omnibus sanguinem habentibus animalibus  
 et est caro posita quasi supplementum vacui-  
 tatum que sunt inter coram exterius et os i-  
 terius sicut etiam in primo libro diximus.  
 Quedam autem convenientia et proportio est  
 ossis ad spissam piscium. ea etiam est carnis que  
 est in hantibus ossa ad similem carnem quod est in  
 habentibus spinas. Est autem caro material  
 pars influens per nutrimentum. et effluens per  
 consumentem calorem et ideo sive abscondatur  
 secundum diametrum latitudinis semper recrecet et  
 cito. non enim recrecet tamen secundum longitudinem  
 incisa quando funditur non absconditur. sed recedens  
 solidatur etiam nervus et vena quando secundum  
 longitudinem sciuntur. sed etiam ipsi abscon-  
 ditur secundum latum recrecet adhuc. Differentia  
 autem est in his que sunt inferiora et superio-  
 ra membra. quoniam inferiora sunt nigriora  
 et spissiora propter sanguinem melancolicum  
 qui nutrit ea. superiora autem ynantiora  
 et clariora et nimis spissa propter sanguinem  
 subtilem et clarum nutrientem ea que sunt su-  
 perius. Amplius cuiuscumque fuerint vene ma-  
 gne et ample sanguis in eis erit niger valde.  
 et ventres eorum erunt magni et caro pauca  
 eo quod calor perforans causa est magnitudi-  
 nis venarum et in eis est sanguis adustus qui  
 consumit semper carnem et surgentes facit ve-  
 trem. contra autem cum ventres sunt parvi  
 propter oppositam causam caro erit multe  
 pinguedinis. ventrem autem parvum voco-  
 nam quidem secundum pinguedinem que ante inte-  
 stina et contra ea frequenter cumulat. Sed  
 quando meatus intestinalium sunt parvi et stric-  
 ti et vena et in talibus sunt stricte vix appa-  
 rentes. Amplius autem inter zirbum et pin-  
 guedinem sanguinis est multa diversitas. quod  
 hiam zirbum propter sui terrefrictatem et sic-  
 citatem pulverisatur quando fricatur manibus  
 postquam exsiccatum est. Sed pinguedo anti-  
 quata et confricata citius liquefit et ideo plura  
 ad sepum quam ad sanguinem zirbum declinat.  
 Amplius autem brodium in quo decoquitur caro  
 animalis habundantis in pinguedine et ha-  
 bentis parvos meatus in ventre et venis non  
 coagulat forti coagulatione. sed constat ali-  
 quantulum cum fuerit infrigidatum sicut sagi-  
 men sicut brodium equi et porci et canis. eius  
 autem brodium quod habundat in zirbo et se-  
 po congelatur et indurat sicut capre ovis et  
 vacce et aliorum similitum. id enim quod mol-  
 le remanet postquam consistit et inspissatum fue-  
 rit non dicitur gelari vel coagulari. Adhuc au-  
 tem in loco et situ diversificantur. quoniam

pinguedo sagiminibus est inter carnem et corium sicut apparet in dorso porci et ventre. zirbum enim et sepum non sunt nisi immixta carni et circa intestina et renes et ideo zirbum et sepum sunt grossa in corporibus grossis multarum carnum. sed tenua sunt in corporibus macilentis. Adhuc autem pinguedo sagiminis est in his que habent dentes in utraque mandibula sicut est homo equus et canis et porcus. zirbum autem et sepum sunt in his que dentes anteriores non habent in superiori mandibula. Amplius autem epas quod est de numero membrorum interiorum in quibusdam animalibus multe pinguedinis inuenit sicut in eo quod uocatur celesti de quo in antehabitis multa diximus. Quibus enim hominum marinozum liquefaciunt eorum epata et contrahunt ex eis multam pinguedinem oleagineam et in corpore eiusdem animalis non est pinguedo sparsa per carnem uel per uentrem solo et huius causa est ut calor epatis qui in tali animali modicus est melius circumposita multa pinguedine retineatur. Amplius autem licet gressibilia et uolabilia epas habent in dextro et splenem in sinistro. tamen eouerso multi pisces inueniuntur qui epas habent in sinistro et splenem habent in dextro sicut hi qui kyli uocantur de numero piscium marinozum. Multi enim pisces habent splenem super intestina et quedam genera habent diuisim splenes ad utramque partem splenem habentes sicut quedam nigra genera marinozum que coruina uocantur quedam etiam in tribus partibus habent ab utroque uidelicet latere et ante uentrem in medio laterum sicut id quod celesti uocatur. zirbum autem piscium quorundam non est sepatum. sed mixtum cum pinguedine quam sagimen uocamus et ideo cum constat non coagulat sed molle remanet sed oportet latere quod zirbum equiuocum est. uno quidem modo uocatur zirbum pinguedo particula ris intestina inuoluens et sic locuti sumus de zirbo in anothomia primi libri. Alio modo autem zirbum uocat alyl. idem quod nos sepum eofucimus appellare et sic loquimur de eo in capitulo isto. Adhuc autem in zirbo quorundam piscium est pinguedo saginosa mixta cum carne et in quibusdam est sola separata secundum se. sed generale est quod omne animal habens pinguedinem non sepatam a carne est paucioris pinguedinis in uentre et zirbi pauci sicut animal quod grece enkelim uocat. et est quoddam genus piscium marinozum. multa autem animalia ingrossantur in uentre et ml

essibilia & uolabilia epas habent in ista splenem nisi ista e contra multi pisces habent

ta ibi congesta pinguedine et precipue flegmatica pauci motus existentia. eo quod calor hebes in talibus conuertit quibus nutrimentum. sed non consumit aquositate eius neque multum eleuat ipsum distribuendo per membra et ideo spumofum existens. kylus coagulat autem circa intestina. Adhuc autem cerebrum animalis habentis pinguedinem saginosam est punctuosum sicut est cerebrum porci. Leceby autem animalis habentis zirbum siue sepum est sicum et durius quam alterius. Amplius autem prope renes est multum sepum in habentibus sepum plusquam in aliquo alio loco propter saginosam aquositate que illuc declinat ab epate. Dexte reni propter maiorem calorem minus habet de sepo quam sinister. Aliquotiens autem tanta fit circa renes sepi massa quod fortasse accidit egritudo animalis quod nimium habet sepum circa renes et hoc contingit maxime animali quod naturaliter est multi sepi sicut accidit agno. quoniam si renes agni circumquam cooptantur sepe moriuntur. eo quod impedit attractio et colamentum urine ipsius. Sepum autem renum multiplicatur propter bona pascea et ideo in bonis et pinguis pascuis oues moriuntur frequenter. eo quod urina non attracta ad renes redundat ad epas et corrumpit ipsum et ideo mutant oues a pastoribus. sapientibus a suis pascuis ad loca azida salsa pauci gramini ut non accipiant pastum supra necessitatem. Adhuc autem id quod est circa pupillam oculi est multi sepi et pinguedinis quamuis ipse oculus in sua substantia sit durus et precipue in aquaticis sicut in balena quod contingit propter uicinitatem medulle cerebri et loci frigiditatem et nutrimenti quod ad loca illa delegat aquositate puncta enim ueru balena nuper in partibus marinis germanie emisit per oculum undecim amphoras magnas sagiminis. Hiale autem est quod omne animal multi sepi et pinguedinis est pauci seminis siue sit mas siue femina eo quod materia seminis in pinguedinem conuertitur et ideo aues multum pingues pauca et ualde parua faciunt oua.

quare prope renes est multum sepum in habentibus sepum plusquam in aliquo alio loco propter saginosam aquositate que illuc declinat ab epate.

omne animal multi sepi et pinguedinis est pauci seminis

Capitulum. vi. de dispositionibus sanguinis.

Anguinis uero erit ista dispositio. cois. n. citus est omnibus albus sanguine huiusmodi et est humor in eis necessarius et naturalis. omnis autem sanans est in uase quod dicitur uena pulsabilis et queta



et in nulla aliorum membrorum continetur nisi in corde solo quod etiam signum est quod cor sit principium venarum et digestionis sicut in antehabitis probatum est. Sanguis autem eo quod non est actu pars animati corporis sed potentia solum non habet sensum tactum in aliquo loco corporis sed est insensibilis sicut et superfluitas ventris non habet sensum aliquid neque habet mirabile videtur quia ea que sunt partes actu corporis animalis sentientis aliquando caret sensu tactus sicut cerebrum et medulla quia autem uene ubique in corpore capillariter sparguntur ideo ubicunque caro incidit statim exit sanguis nisi caro corrupta et premortua fuerit. Gustus autem sanguinis si sanus et incorruptus fuerit est naturaliter dulcis et color eius est rubens et non est ualde spissus neque ualde subtilis nisi in casu et in diuersis uasis et membris in quibus existit maior. In arteria enim est subtilior et in uentre cordis sinistro et in pulmone quam in alijs. Adhuc autem quam diu manet in corpore animalis est calidus et humidus quando extrahitur et in frigiditate coagulatur frequenter. Sanguis enim omnium aliorum nobis congelatur propter quod cerui et leporis et si quis alius est sanguis horum sanguini similibus in natura sicut forte cyrogrilli quem nos kynimū uocamus et forte caprioli qui in multis uicinant nature cerui. et huius causa est quod sanguis horum terrestris et melancolicus et siccus est et ideo sicut non habet que contra habent ipsum ad congelationem. Sanguis autem aliorum congelatur animalium nisi extrahantur ab eo sicut per colationem ipsius et sanguis tauri citius alijs congelatur propter multam soliditatem ipsius. Amplius autem quodcumque alius secundum suum genus est bone dispositionis non est ualde multus sanguinis. In hominibus. non bene dispositis non est tanta multitudo sanguinis sicut in hijs qui frequenter potant multum uinum. precipue quod est forte et ruberum. Illi enim multum accipiunt sanguinem neque iterum sunt multum pauci sanguinis sicut hijs qui sunt ualde pingues et crassi in corpore quoniam sanguis crassi corporis paucus est et mundus eo quod aquositas eius separatur in pinguedine quanto. non augmentatur pinguedo tanto diminuitur sanguis et stringunt uasa et meatus. Sed hoc habet corpus sanguineum. omne quod cito putrescit propter suum calidum et humidum que de facili enaporant ad extra. precipue autem citius putrescit prope ossa. eo quod ibi est fortior calor resoluens et putrefaciens humidum. Plures enim ossis partes dantur vulcano sicut

videtur quod  
in corde totis  
incendit ex  
it sanguis  
in hunc casum  
coagulatur  
premortua  
fuerit

Sanguis omnium  
animalium  
in matrice  
coagulatur  
propter quod  
cerui &  
leporis

Capitulum. vi. de natura urtica maris et de in eo digressio ostendens causam conchaz et testarum.

St autem genus adhuc aliis quod uocatur maris urtica et hoc autem uocat mastut aryl. uocat ekelaky. sed apud nos urtica uocatur quia quasi adurendo capit omne quod appropinquat ei. est autem hoc genus aliis per se non contentum in phabitis generibus ostreorum aut mollis teste aut malachie. sed conuenit cum ostreis in hoc quod applicat lapidibus sicut animal aspere teste que testa est similis uasi. sed istud non hanc testam. sed creatio suicorporis est illis creationi carnis dure. sicut dicit autem. et hoc animal sentit omne quod appropinquat ei et capit ipsum et tenet quibus manibus suis applicat lapidibus sicut alii multorum pedum. contingit autem aliquando hoc animal intumescere cum cepit ac si sit saturatum. hanc enim orificia quod in medio sui corporis per que corporali humiditate ingredit in ipsum

nutrimentum et uenatur' omne qđ transit per  
ipsum ex piscibus paruis et quoddam gen<sup>o</sup>  
ipsius adeo forte est qđ comedit hyricium et  
ostreum qđ pecten uocatur et ideo homines  
uenentur ipsum et comedunt. Quia ex ipso  
esibilis fit caro ipsius et licet comedat sicut  
dictum est. in nunqđ inuenitur in corpore ei  
us aliqua humiditas supfluitatis alicuius.  
et hoc ideo est quia non habet nisi ieiunium  
a quo nutrimentum trahit purū et statim ex  
it impurum et precipue in timore qđ tenetur  
a uenatione. In h' ergo qđ non habet humidi  
tatem assimilata arboribus in quibus nichil  
est superflue humiditatis reiciēde et forte nō  
habet intestinum aliqđ. sed tractus nutrimen  
ti eius est purus sicut plante a quo nichil est  
reiciendum. In hoc autē gñe animalis sūt duo  
modi et vnus quid est parui corporis et ille  
est esibilis. Alius autē est magni et duri cor  
poris et inuenitur in regione helyz uocata  
que uocatur a nobis delphica insula uocal  
et caro hui<sup>9</sup> in hyeme quid dura est et tunc  
capitur a piscatoribus et comedit et in estate  
est similis carni putride et tunc per omnē ta  
ctum dissipat et marcescit in mari. Similiter  
autem intra lapides quibus adheret tactus  
propriam amittit dī pōnez. Sic igit tam nar  
rauimus dispositionem malachie et mollis  
teste et dure teste et urtice maris et mēbra co  
ruz diximus tam occulta qđ manifesta. oport  
et autē scire qđ omnia hec habent aliquo mo  
do testam autē intra aut extra aut aliquid ap  
propinquans ad testam sicut est corium du  
rum aut caro dura ex qua componitur urti  
ca. Scimus autem qđ creatio teste est ex hu  
more uiscoso scđm materiam et coagulante  
calido et sicco adurente et assante per partes  
cōbustas que sunt in salugine maris et alia  
zum aquarum et ex illo terreo sic bene delic  
cato efficiuntur chonche pollite et nitentes et  
forte redolentes sicut redolent blacce bisantie  
exterius autem aliquando est aliquid terre  
stritatis non desiccate et ideo aliquando ex  
tra sunt nigre terrestres circumstat autē semp  
eo qđ pars humoris uiscosa expulsa a calo  
re digestiuo semper se continet exterius et ca  
lor interior cauat eam et quando quidem est  
multum uiscosa girat eā in circuitu sicut spi  
ram et cocleam et tunc efficitur vna cōcha tā  
tam. quando autem non est multum uiscosa  
diuiditur exterius in duas cōchas quas col  
ligat uiscosum ligamen sicut quo ossa colli  
gantur in habentibus sanguinē et quādo qđ  
dem est acutus et aliquantulum siccus hūc r

prolongatur columnaliter et quando flegma  
ticus est dilatatur sicut in pectine et quando  
mixtus est ex hīs duobus ex rotundo distu  
it et dilatatur aliquantulum sicut conche com  
munes. Animal autem hoc aliquando spino  
sum efficitur in concha et hoc contingit quā  
do acute et terrestres partes imixte sunt uis  
colis aqueis. tūc enim calor eleuat terrestres  
et acuit quasi in spinas. caro autem que ge  
neratur intrinsecus et animal est de puriori et  
molliori parte eiusdem materie que magis re  
cessit a contrarietate elementorum sicut scitur  
ex hīs que tradita sunt in aliis libris nostris  
naturalibus et quodcumqđ horuz magis est  
frigidum efficitur immobile adherens lapidē  
bus et quodcumqđ magis est calidum efficiē  
habens motum qualemcumqđ. eo qđ omnia  
hec imperfecta sunt animalia sicut in sequenti  
bus erit manifestum. Si qui autem horum  
partes terrestres acutas et uiscosas habent in  
humore subtili illa efficiuntur hyricij et in lo  
co tactus humoris mobilis erit spina hūmē  
do et calido complexionali et utitur illud ai  
mal spinis loco pedum. In quibus autē hu  
mor uiscosus terrestris multum p̄ncipit hūmē  
dum complexionale calidum illa efficiuntur  
in toto testa nihil omnino habentia de uera  
carne. sed habebūt paruum aliquid loco car  
nis et aliquem humorem paruum loco sangui  
nis complexionalis. oua autē terrestri retentū  
intra humiduz complexionem et calor cir  
cūstans rotundat ea per foramen quod ē ex  
medio inspirauit humidum subtile aqueū in  
tempore decoctionis. et hec est causa qđ ouū  
non est in tela sed in carne. ac si esset quedam  
carnis nascentia hec igitur est eā dure teste.  
pallidationes autem et lineationes que sunt  
in quibusdam earuz causantur ex hoc qđ hu  
mor ipse in decoctione sua est uaporosus et  
iō ibi uapor tollit in circuitu ebullit altius et  
locus a quo collectus uapor retrahit residet  
hūidius uiscosus fuit humor. iō ad vnū lo  
cum et eundem colligi uapor qui dispersus est  
in ipso nō poterit. sed a loco gnationis tan  
qđ a quodam centro radicaliter ebullit p̄ cir  
cuitum et hec quidem est causa scđm materiā  
formatiua autem uirtus que vim habet stel  
larum et anime sicut sepius diximus est for  
maliter hui<sup>9</sup> figure operatiua. ea autem que  
sunt mollis teste ex membrana durecunt in  
testam ex humido formant testam nutrimen  
tali propter qđ aliquando uetustam reiciunt  
et nouā recipiunt. est humor iste magis ter  
restris qđ humor concharum et humidū qđ

est temperans ipsum est aqueus habens in se  
 quandam viciuositatem propter quā incur-  
 uabilis remanet, expellitur autē hec humiditas  
 materia a membris per circuitum et siccitates  
 et est reflexo ab aliqua exteriori in ipsas ma-  
 teriam indurat in testā et propter maiorem  
 estum et siccitatem aque salte q̄s dulcis magis  
 duras habent testas cancer maris q̄s cancer  
 aque dulcis. figura autem cā est formatius  
 que est in humido animal h̄ igit̄ est cā mol-  
 lis teste. Species autē malachie multe itra ha-  
 bent testam et extra sūt molles et testa sua nō  
 ambit totum al et testa eorum in quibusd̄ est  
 lata superius plana et interius est p̄minubit  
 substantie sicut creta propter qd̄ etiam in te-  
 stis illis figuras et formas faciunt fusores  
 aur̄i et argenti in quas fundunt metalla sigil-  
 landa. et causa quid̄ substantie talis teste est  
 terreste siccum in quo eminet humor visco-  
 sus qui superius coagulatur sicut testis du-  
 ra. subtus autem retentum a viscositate supe-  
 riori fuit terrestre siccum humido bene lotū  
 et ideo decoctione factum est album sicut ra-  
 sura bebois. Qd̄ autē intra pellem continetur  
 alis est im̄ ex hoc q̄ a multo cōplexionalē  
 humido est retentum ex viscositate que fiunt  
 in ipso sicut retinet̄ intra membra ossū mate-  
 ria. potior autē cā est formatius que h̄ distri-  
 buit ad locū in quo molliora eius p̄tegerē-  
 tur et confortarent sicut munit̄ pectus multū  
 ossibus. quecūq̄ autē h̄nt pellem in circuitu  
 mediā inter pellē mollē alium et testā durā s̄  
 cut h̄z in maribus nr̄is piscis que uocamus  
 maris caniculā. p̄fecto h̄nt humidū exterius  
 ualde viscosū cōmixtū terrestri subtili acutū  
 sūmo p̄pter qd̄ cū agit in ipm̄ calor et ille re-  
 tinet̄ ab exteriori aque frigido et reflectit̄ in  
 materiā. ita decoquit̄ q̄ partes terrestres effi-  
 ciunt quasi incisue et faciūt pellē ualde aspe-  
 rā et ac si sit p̄uis squamis cōmixta. Sed t̄n̄  
 maior materie viscositas et aequalitas facit cā  
 mollē et flexibile. et iō aliquid p̄tingit q̄ exte-  
 cata pelle ista et indurata ad solē nitidi cū ea  
 ferrū et ligna q̄n̄ alpa pars ipsius confricat̄  
 sup̄ ea. Ex h̄is ergo et similibus cause p̄nt cog-  
 nosci dictoꝝ. Multipes autē q̄ polipus d̄  
 efficit̄ al p̄pter usus multos ped̄. q̄a anterio-  
 res p̄ficiūt in usū manū et mediū in usū sul-  
 cimenti corporis longi et extremi defezuiunt  
 ad usū coitus. Nec igit̄ de dict̄ sufficiant. qm̄  
 adhuc sepius reuertemur ad cō emplationē  
 inductorum.

Capitulū. vii. de natura et dispōne aliuꝝ  
 corpora annulosa h̄ntium.

Consequenter tractandus est de natura  
 corporum animalium annulorum.  
 Supra aptem diximus qualia sunt annulo-  
 sa. In genere autem annulosi animalis multi  
 sunt modi sicut uespa et apis cōmunis et ve-  
 spa citrina et apis citrina magna que a qui-  
 busdam uocatur ceca. eo q̄ oculi eius nō ap-  
 parent in capite suo. Adhuc autem apis mag-  
 na uaria et apis rubea que est medie quanti-  
 tatis et musca et multa huiusmodi sunt in ge-  
 nere annulorum. Adhuc autem in eodem  
 genere est animal q̄ membranales habet alas  
 quod sir uocatur in greco siue cicada aut lo-  
 custa et huiusmodi h̄is similia. De anetho-  
 mia autem omnium horum sciendum est q̄  
 in genere tria habent. caput uidelicet et ven-  
 trem et membrum tertium quod est inter ca-  
 put et uentrem et hoc est simile ei qd̄ in aliis  
 animalibus pectus anterius et dorsum po-  
 sterior et hoc tertium membrum in pluri-  
 bus animalibus istius generis est unum quasi in  
 figura et forma. In eis autem que sunt lon-  
 gi corporis et multorum pedum sicut crua-  
 ca est equalis annulositas per totam longitu-  
 dinem corporis et hoc uenit etiā longis an-  
 nulosis pedes non habentibus sicut est lubri-  
 cus terre et similia omnibus h̄is cōuenit sic  
 uiuere per spatium aliquod temporis postq̄  
 precisus fuerit caput a reliquo corporis nisi  
 sint uere ualde frigide aut cito h̄eant corpa  
 infrigidabilia p̄t sui corporis puritate. Sepe  
 .n. uident̄ talia in duo secari et utraq̄ parte  
 uiuere tpe aliquo sicut d̄ctatus ē in fo d̄ aia  
 et p̄cipue sit h̄ qn̄ cap nō h̄ se. s̄ cū pte corp̄s  
 que ē loco pectoris ap̄utal. q̄a tūc retiet̄ sp̄s  
 et vital calor cordis. si al cap̄ solū amputet̄  
 cap̄ statim moriet̄ et est residua ps̄ cū<sup>o</sup> infrigida-  
 tur. qm̄ si cap̄ esset i ea et reliqua pte corp̄s h̄  
 duo eēt ap̄utata. adh̄ al et ea annulosa que  
 nō sūt longi corporis aut et multoꝝ ped̄ sicut  
 longū et multipes ē al qd̄ uocat. xliiii. cum  
 secant̄ in duo uel in tria mō p̄dicto uiuūt p-  
 tes tpe aliquo et mouent̄ et ambulabūt et mo-  
 uet̄ candas abscessas et cap̄ cū pectore cohe-  
 rens et p̄cipue qn̄ secant̄ i loco succator̄ siue  
 dyasragmat. tūc .n. ptes ualē diu uiuūt oēs  
 at̄ modi h̄<sup>o</sup> alis mouēt̄ oculos et nō uident̄  
 h̄re aliquod aliud instr̄m̄ sensus oīno mani-  
 festū. adhuc autē que d̄ illorū habent simile li-  
 gue nō quid̄ in figura s̄ in usu q̄a utit̄ illo  
 mēbro ad gustū et q̄d̄libz eoz̄ que s̄ h̄<sup>o</sup> ge-  
 neris h̄z aliqd̄ mēbz ad usū oris p̄ qd̄ recipi-  
 cibū et h̄ mēbz qd̄ est loco lingue in quibusd̄  
 durū est et in quibusd̄ molle est durū quid̄



sicut in musca cornua que grece uocatur cy-  
nomia et in animali quod uocatur bazcho-  
ra quod habet aculeum in ore ac si teneat in  
eo lanceam qua sit armatum ad defensionem  
et hoc instrumentum non est in animali habē-  
te dentes nisi ualde in paucis et ignotis no-  
bis forte hoc est instrumentum per quod pun-  
gunt musce et extrahunt sanguinem per co-  
rium iumentorum. muscilioes autem simi-  
liter pungunt tali instrumento. licet debilior  
sit punctura eorum. differunt autem annulo-  
sa in modo habendi huiusmodi lancea. que-  
dam enim habent eam interius et emittunt eam  
cum uolunt ledere sicut uespa et apis. Quod  
autem habent eam manifestam exterius sicut  
scorpio. Scorpionis autem multa sunt gene-  
ra et quoddam genus est longe caude. et hoc  
habet duos aculeos et quoddam animal par-  
uum in membris quod scorpionis est simile et p-  
cipue in hoc quod etiam ipsum habet duos acule-  
os et uocatur terrenum. eo quod in fissuris ter-  
re habitat. Adhuc autem ex genere annuloso-  
rum animal uolans annulosum habet alas cum  
alijs preinductis membris. et horum quedam  
sunt que non habent nisi duas alas in ut mus-  
ce secundum genera sua et quedam eorum sunt que  
habent quatuor ut apum genera. Hinc autem  
nullum annulosum uolans habens aculeum  
siue lanceam in posteriori suo habet duas alas  
sed quatuor sed conuertit. Adhuc autem uolan-  
tium annuloso-um quedam habent alas suas  
coopertas membrana sicut starabio-um et fra-  
biorum genera quas quidam uespas uocant. sed  
hoc quod nos uespam communi nomine uoca-  
mus habet duas discoopertas sicut apis. Ge-  
nerale autem est quod omnes ale membranales  
differunt ab alijs pennatorum. quia carne nul-  
le quibus membrane insigantur corpori an-  
nulosorum. Sed in alijs pennatorum sunt car-  
ne pennarum quibus in carnem insigit ala-  
uis pennate. Adhuc autem quedam annuloso-  
rum habent maculas supra oculos lucentes  
aliquantulum sicut apicule secundum genus suum  
Quocumque autem annuloso-um cocunt per  
salum cum ambulat. ita quod unum salit supra  
alium sicut musce et apes habent pedes po-  
steriores maiores quam anteriores que uero in  
coitu flectunt se. ita quod posterius unum reci-  
pitur intra posterius alterius et capite remo-  
uentur a se maxime. ita quod sunt quasi colliga-  
ta posterius sicut starabes et Ximium uolan-  
tium genera non habent adeo magnos posteriores pe-  
des et huius modo applicant sibi cameli quam cocunt  
posteriori autem modo cocunt quadrupedia

multa et precipue aues huius modo cocunt ascen-  
dendo super feminas suas. Creatio autem cor-  
porum annuloso-um non est ita quod caro sit in-  
tra testam. neque etiam exterioris pars est ue-  
re testa. sed est medium quoddam inter molli-  
ciem carnis et duriciam teste et quia ita du-  
ram habet substantiam non habet spinam neque os ali-  
quod. quia satis saluantur per corporis durici-  
am. Est autem in annulosis exterius corium. sed  
est multum subtile. Membra autem interiora  
habet huius modo post os quidam per quod recipit cibum  
habet uenale quoddam rectum extensum usque ad anum  
per quem exitus supfluitatis et in paucis hoc  
uenale est inuolutum et omnino nullus mo-  
dorum annuloso-um habet testam nisi secundum quod  
narrauimus scilicet quod per co-rium durum eorum  
quod precipue habent ante pectus testam uocant  
et hoc iam diximus loquentes de intestino  
recto quod transit per corpora eorum. Adhuc  
autem quedam eorum habent uentre et post uentre  
habent intestinum plenum aliquantulum inuolutum  
sicut locusta. Brillus uero qui cantat de nocte  
et uocatur grece machochar non uidetur ha-  
bere os sed inuenitur in capite eius membrum  
longum simile lingue et nascitur super exterius  
capitis sui. et illud membrum super quod nascitur  
non est fissum sicut fundunt ora alium. nec in-  
uenitur aliqua supfluitas in uentre suo omnino.  
Sed tamen per experimentum scilicet pasci humi-  
ditatibus carni et brodio-um. quia in nocte  
currit ad illa. In huius autem genera alij sunt mul-  
ti modi et diuersant in quantitate et quedam ho-  
rum generum sunt annulosa et habent in medio cor-  
poris sui telam manifestam succingentem corpus  
ego autem expertus sum anothomia apium scilicet genera  
sua et inuenitur in posteriori corpore eius post  
succintorium folliculus lucidus perspicuus et qui  
probatur ad gustum habet saporem mellis tenuissimum  
nec inuenitur in corpore suo plus nisi intesti-  
num ualde gracile et inuolutum paruum et neruum  
filares in quibus ligatur aculeus et circa huius in  
corpore earum est humor uiscosus et crassa cuius  
omnia colligunt pectorali que est autem succin-  
torium diuidens ea. De alij autem cantante in ca-  
pis et in herbis et in arboribus quod est nigra  
expertus sumus quod si precidat in medio adhuc  
cantat per magnam partem et huius quod est dispositio an-  
nulosorum alium sanguinem non habentium.

La. viii. de ligneis spiritibus uictralis  
albugini oui siliibus et de spongiis.

¶ In mari autem preter omnia inducta sunt que-  
dam animalia sanguinem non habentia. sed



sunt rara et pauca et ideo nulli noto gñi ani-  
malium attribui possunt. Jam enim expertus  
est aliquis piscator maris q̄ in mari est ani-  
mal cuius creatio est quasi creatio frustra li-  
gni neq̄ scitur esse animal. Quia dum est in  
aqua maris mouetur natando de loco ad lo-  
cum et est nigrum et rotundum equalis per  
totam suam longitudinem spissitudinis ⁊ nō  
pascitur nisi in se residanti humore nec habz  
in se superfluitatem neq̄ etiam vias superflui-  
tatum neq̄ videntur in eo organa sensuum.  
et est animal ualde imperfectum et proprie lo-  
quendo est medium inter plantam et animal  
propter qđ etiam uocatur animal ligneum.  
Expertum est etiam qđ est in mari animal ca-  
rens sanguine serpentini qđ simile uidetur  
esse serpentini tyrius uocatur et est ruber co-  
loris et alas habet pinnularum consequētes  
se in corpore suo multas et h̄ mouentur mo-  
tu alarum et tamen uidetur esse continua i in-  
teriori suo et ideo ista non sunt eadem cum  
pisce serpentino de quo in antehabitis fecim⁹  
mentionem. Sed accedunt etiam ad ligni na-  
turam sed minus q̄s precedentia. Adhuc au-  
tem sunt in mari animalia quedam similia de  
rethro uirili. sed loco testiculorum habēt alas  
crescentes que prominentia sua effugiant te-  
sticulos et etiam sunt imperfecta tarde mota  
et nullam habentia uitam nisi in aqua. ad na-  
turam autem lignei uidetur affinitatem habe-  
re stinctus nisi per molliciem carneam habet  
q̄s diu non est siccus et hoc abundanter ual-  
de inuenitur in harenis marium nostrorum  
et nullum lignum habet uite quando d̄ aqua  
ubleuatur sed statim ut ponitur in aquā mo-  
tum habet dilatationis nec habet os neq̄ ue-  
stigium alicuius organi sensibilis in corpo-  
re suo sicut neq̄ cetera animalia que in hoc  
ultimo induximus capitulo. ¶ Sunt adhuc  
autem alii duo modi multum habundantes  
in maribus germanie et flandrie quorū vnū  
est ut albugo oui in substantia et figura est  
sicut semispera et in extremitatibus est tenue  
et in medio circa polum emisperij sui substā-  
tie est spissioris et ibi lucent ex ipso duo qua-  
si sint oculi magni intra superficiem spere cō-  
tenti neq̄ tamen habet aliquod membrum di-  
stinctum qđ cū nos abstraxissemus ab aqua  
iacebat immobile et cum diffundebatur amit-  
tendo figuram suam sicut albugo oui et co-  
incidit totum et cum reponeremus ad aquā  
et stetit in aqua per tempus iterum recipit  
figuram sicut semisperalem et mouebatur si-  
cut antea motu dilatationis et constrictionis

et potest esse qđ calore maris spirabat uiscositas  
et dum contineretur spiritus uita redibat  
sicut in generatis et putrefactione. Aliud au-  
tem animal ibidem habundans est spongia  
que similiter in aqua posita et dilatatur et cō-  
trahitur. separata autem ab aqua iacet immo-  
bilis et hec duo animalia nulla uidentur ha-  
bere membra organa sensuum sed motu dila-  
tionis et constrictionis uelociter satis mo-  
uentur de loco ad locum. sic ergo dictum sit  
de istis.

¶ Tractatus secundus quarti libri  
animalium de sanguine non habentibus  
de quo intenditur qualiter sā-  
guinem nō habentia participēt sen-  
sum et uocem et sonum et differenti-  
am masculi et femine. c. i. de partici-  
patione instrumentorum sensus.

¶ In digestis per ordinem generibus  
animalium sanguine carentium vi-  
dendum est qualiter conueniūt eis  
ea que omnibus aut pluribus animalibus  
conueniunt sicut sentire uocare dormire et  
uigilare et masculinitas et femininitas. et p-  
mo describemus dispositionem instrumen-  
torum sensus h̄mōi animalū. Instrumenta  
enim sensus non inueniuntur in omnibus ai-  
malibus scđm vnā et eandem dispositiōē  
Sed instrumentum sensus qđ magis confor-  
mitat̄ habet in animalibus est oculus. h. n.  
in omnibus fere est spericus et ex humorib⁹  
p̄ponit̄ et tunicis et albus et niger i colore qđ  
p̄iungit̄ p̄ vnā spem oīm uisibilū que est  
lumen et iō cū agēs formale i oibus uisibili-  
bus iō sic o3 potentia instr̄i in oibus anima-  
libus ualde p̄formis esse p̄ponis. Sed i hoc  
d̄nt̄ alia ualde. quia qued̄ alia h̄nt̄ oia sen-  
suū instr̄a et qued̄ non h̄nt̄ ea omnia. Nume-  
rus. n. sensuū est quinq̄. s. uisus. auditus.  
gustus odoratus et tactus. Sz h̄ instr̄a om-  
nia h̄z homo et omne animal gressibile h̄ns  
sanguinem et generans in utero sibi simile  
al̄ nisi aliqd sit qđ forte aliq̄ heat instr̄orū  
istorū diminutū ut gen⁹ talpe. h. n. al̄ nō h̄z  
uisū. eo qđ p̄fectū nō h̄z oculū. tñ oculū h̄z  
imperfectū. qm̄ si ex coria pellis que directe est  
sup̄ oculos inuenit̄ in loco oculi aliqd sile  
creationi oculoꝝ. manifestat̄. n. ibi aliqd in  
carne de nigredine oculi et d̄ ea subā que est  
sicut acies in medio oculoꝝ p̄sistēs que uo-  
cat̄ oculi pupilla. sz nō est adunata et forma-  
ta in oculū p̄pter imperfectionē al̄is. ex illi. n.

occasione quam habet a tempore generatio-  
nis sue et partus et suis principijs genera-  
tibus accidit eis oculus non habere forma-  
tum quous non caret omnino de substantia  
oculi. oportet autem scire quod a cerebro exci-  
tue vie siue duo nerui concaui fortes et pez-  
ueniunt ad radicem oculoꝝ. et alia etiam  
uia pezuenit in animali habenti culmos ad  
radices culmorum. Animalia enim habent  
sensum per quem cognoscitur diuersitas co-  
lorum et habent sensum animalium per que  
cognoscitur diuersitas sonorum. et habent  
etiam sensum odoratus et gustus. sed sensus  
tactus inuenitur in omnibus modis anima-  
lium. Manifestum enim est quod modi piscium  
sentiunt per gustum. quoniam plures eorum  
diligunt aliquid cognitu in cibo per quod etiam  
piscatores uenantur eos sicut albas muscas  
siue muscilliones que in sero uolant super  
aquam multum diligunt et inrant in gurgil-  
lia. quoniam muscilliones illi alligantur gur-  
gullo. et auicenna dicit se uidisse quod lac ligatus  
in retibus et gurgullis festinanter ueniunt  
piscis et capiuntur iuxta ipsum. Sed modi  
piscium non habent manifestum instrumen-  
tum auditus. eo quod per ipsum intraret aqua  
nimis in profundum capitis et in frigidaren-  
tur et morerentur. quia tamen multi moriun-  
tur ex capitis nimia infirigidatione. Adhuc  
autem inutile esset instrumentum. quia non  
contineretur in ipso aer recipiens sonum. sed  
potius subintraret aqua et inferret lesionem  
et licet non habent aures. tamen audiunt so-  
nos sicut inferius parum ostendemus. Si-  
militer autem et instrumentum perfectum ol-  
factus non habent modi piscium ne aqua  
subintraret in cerebrum et corrumpat ipsum  
et quod putant homines quod habent instrumen-  
tum sensus odoratus per uiam nasi nichil  
est omnino. quoniam nulla uia illarum per-  
tingit usque ad medullam cerebri. Sed in qui-  
busdam sunt recte extra tantum appaꝝentes  
et in quibusdam pertingunt ad branchos et  
non ad cerebrum. Sed tamen manifestum  
est quod genera piscium odorant et audiunt.  
Signum autem auditus est eorum quoni-  
am sepe uidemus ipsos fugere a sono et uo-  
cibus magnis et sonoro strepitu remigio na-  
uium et ideo piscatores cum uenantur eos  
leuiter mouent remos. Dicit autem auicenna.  
quod uidit quoddam genus piscium uenire ad  
sonum campane et cum desinit sonus rece-  
dit et hoc apud nos ab omnibus hominibus  
notum est in mari flandrie brabantie et ger-

manie inferioris quod piscis pulcherrimus qui  
lingua ubi habitantium uincit uocatur  
et intrinsecus est multe spinositatis cum gre-  
ge uenit ad sonitum uelozum aut cymbalo-  
rum aut etiam campanarum paruorum. ex-  
tendunt enim piscatores circa finem ueris in  
maio funem super aquam et alligant campa-  
nellas et cum sonant uenit piscis ille cum gre-  
ge sui generis in reia audire et sonos om-  
nibus modis piscium et hoc manifestum est  
in uenatione delphinorum. hunc enim qua-  
do piscatores uenari intendunt circundant  
ipsum et percutiunt lignis facientes sonos  
continue et postquam terrentur sono ictu illo-  
rum cadunt aliquando sicut patientur sco-  
tomiam et epilepsiam et tunc deprehendun-  
tur leuiter. Delphinus ergo audit sonum. li-  
cet non habeat instrumentum auditus mani-  
festum omnino. huius autem etiam signum  
est quod cum uoluerint naute uenari aliquem  
modum piscium tacent neque mouent ramos  
fortiter neque alia instrumenta fortiter mo-  
uent. Adhuc autem quando piscatores cog-  
nouerunt in aliquo loco esse multos pisces  
circundant locum illum a remotis silenter et  
ibi quiete sub silencio ponunt instrumenta sua  
ne pisces audiant strepitum ipsorum et preci-  
pant omnibus secum nauigantibus ut ta-  
ceant in piscium navigatione quando autem  
pisces dispersos agitare uolunt ad unum lo-  
cum in quo sunt reia aut gurgullia eorum  
posita circūstrepunt eos et percutiunt asse-  
zes et faciunt sonos terrentes pisces. Sicut  
diximus quod sit in uenatione delphinorum.  
ipsi autem piscatores prohibent omnem mo-  
tum qui excitant sonum antequam circudent  
eos et circūdati eis dant uoces et sonos. quos  
auditus uocibus et sonis fugiunt ex timore et ca-  
dunt in reia non considerantes reia ex capitis  
diffusione ut scotomia siue uertigine cerebri.  
Adhuc autem signum est quod pisces auditum  
habet. quia cum piscatores aliquem modum piscium aut  
etiam super aquam natando querere pastum tpe uenti  
sonantis quoniam alij soni minus sunt perceptibiles potest  
appropinquare et considerare quos sit ille modus  
piscis. cum autem aura tranquilla defleat uentus  
non appropinquabit ut dinoscant piscem nisi  
si uadant ualde quiete et tacite. Si autem clama-  
uerint aut aliter sonum excitauerint fugient  
et non poterunt deprehendere quos fuerit mo-  
dus piscis illius. adhuc autem in fluuijs est ali-  
quis modus piscium sub lapidibus manens  
quem cum capere uolunt piscatores percutiunt  
et faciunt sonum terribile et forte sub lapidem et

tunc ex sono confundente cerebruz piscis ca-  
dit sicut patitur scotomiam aut epylentiam  
a strepitu illo et tunc deprehenditur piscis.  
Ex hys igitur manifestum est qd omnes pis-  
ces audiunt non per instrumentum auditus  
quia hoc non habent. sed forte sub branchijs  
superius expanditur tympanuz auditus eo-  
rum qd immutatur a sonis. Sunt autem mlti  
experti in natura animalium marinorum  
singentes qd pisces precipue inter animalia  
sunt acuti auditus et maxime id quod uoca-  
tur fasco'oz et feremiz et labras similia. Alij  
vero audiunt non ita acute ut dicunt et ideo  
frequenter manent prope litus. non enis ita  
audiunt strepitum in litore sicut alij qui fu-  
giunt in profundum. pisces autem etiam ha-  
bent sensum olfaciendi. Litus signum est qd  
multi modi piscium fugiunt ab instrumentis  
zettum et gurguciozum et nunqz tangunt ea  
nisi sint noua. eo qd in eo est odor piscium a  
captiuorum. Alij etiam comuniter pisces ha-  
bent quidam olfactum sed minus propter qd  
etiam ab antiquis gurguchis non cauentes  
subtilius capiuntur. Adhuc autem huius sig-  
num est qd quelibet genera piscium habent es-  
cam appropriatam sue generationi uenatio-  
ni quam cum olfaciunt sequuntur eam ad instru-  
menta uenatica et capiuntur. et quedam hys  
contraria fugiunt. quedam enim capiuntur  
per fetida sicut capiuntur barbelli per cada-  
uer et cancer per carnem ad nauem retro sus-  
pensam. et apz. dicit qd illi qui cerebri uoca-  
tur sine cerebre capiuntur per branchos. on  
fetidis imbuti fuerint. multi autem piscium fu-  
giunt etiam alios pisces propter fetorem si-  
cut probatur in mari flandrie et germanie qd  
paruus piscis est gregatim uadens quem in  
cole patrie spiernich uocant et a quibusdam  
uocantur stine quem omnes alij etiam magis  
fugiunt pisces. ac si speciale no documentum te-  
meant ex odore eius et tamen ille piscis esibi-  
lis est et sanus hominibus. Adhuc autē pluz  
res pisces manent in lapidum cauernis quos  
cum piscatores uolunt compellere ad exeun-  
dum confricant oua cauernarum per salsa qd  
cum odore senserint pisces cito exeunt et ca-  
dunt in retia. eo qd non obseruant se a retibz  
propter uelocitatem exeundi. Amplius au-  
tem encheliez qd quidam anguillam esse inter-  
pretantur per odorem sepe deprehenduntur.  
uase enim testeo falso accepto a piscatoribus  
et posito in aquam ante cauernam in qua ha-  
bitat intrabit in uas odorem sequendo et ca-  
pitur in ipso. Adhuc autem deprehensum est

per experta quosdam pisces diligere odores  
rezum combustarum in fumum propter qd  
etiam piscatores marium carnes sepius com-  
bustas portant ad multorum piscium capta-  
ram ex odore illarum carnum combustaru  
Adhuc autem multi dicunt qd in hamo posi-  
to animalium quod multipes uocatur siue  
polipus affato multi pisces deprehendunt.  
Adhuc autem profecta in mari lauatur a pis-  
cium aut aqua que eicitur de sentina uanis.  
fugiunt mlti pisces et maxime ille piscis qui  
uanareye uocatur precipue tamen fugit cuz  
olfecerit sanguinem piscis. Constat autem fu-  
gam esse ad h ut remoueat a loco nocumē-  
ti sui in quo manebat. Adhuc autem uase re-  
naticeo reti us aut gurgullio ueteri existente  
e infecto sordicie et odore sepe detentorum  
in eo piscium non applicantur ei pisces pro-  
pter sensum odoris. nouis autem et mundis  
applicantur et precipue posita aliqua in va-  
sis munda eica. tunc enim a remotis ueniunt  
propter illius rei odoratum. Ex omnibus  
autem hys inductis manifestum est et planē  
pisces odoratum habere. Ego etiam exper-  
tus sum pisces fugere odorem sulphuris et  
cupri et lini in aqua putrefacti. et si non patet  
eis locus fuge moriuntur ex odore eos cor-  
rumpente. habent igitur pisces auditum et ol-  
factum quibus non habeant manifesta horum  
sensuum organa. hoc autem maxime cogno-  
scitur ex hoc qd diximus de delphinis qui nō  
habent organum auditus manifestum aliqd  
in corpore et tamen audiunt. Litus signum  
esse diximus quia piscatores uenantur ipni  
per strepitum. et quia accidit eis grauitas ca-  
pitis ex uocibus et sonis corrumpentibz ar-  
moniam auditus sui. non enim motus face-  
ret hoc. quia non in tantuz comouetur aqua  
ex strepitu. neqz aer motus subintrat i aquā  
usqz ad caput delphini. non est autem dubi-  
um quando etiam hnt pisces tactuz et gustū  
Declaratum est igitur qd iste modus anima-  
lis hz sensus omnis. Alia uero gna aliu aqua  
picoz que enuerantur que sē quatuor gnam  
in coi. s. malachie et moll teste et dure anulo  
si corporis ut frequē etia hnt omis sensus  
qued. n. eoz que sūt anulosi cozpis hnt sen-  
sum odoratus multū acutū et sentiūt odores  
ualde remote qd non facerent nisi sensum sub-  
till et acuto. moriuntur at qued ipoz olfactu  
fetidoz ut sulphuris sicut apes expellunt in  
sup d casu et moriunt etia p fumū lignoru  
aut stercoz ppter qd talibus suffugant ab  
hys q mella uolūt auferre de calis earum.



Adhuc autem acceptis et permixtis sulphure  
et origano agresti et pulverizatis impostis  
super mansiones formicarum dimittent do-  
mos et fugiant. Similiter autem laga subfa-  
migata ex cornu cervi liberantur a multo mo-  
do annulorum venatorum. eodem autem  
modo fugient a fumo storacis siccæ præter ani-  
mal multipedis tantum. hoc enim intantum  
diligat hanc fumum quod deluditur et deprehen-  
ditur per ipsum. et intrat in vas in quo sumi-  
gatum fuit et causa immobiliter adhaeret ei  
quod etiam diffusum et lectum non recedit ab ip-  
so. hoc autem idcirco animal fugit de fumo spe-  
ciei cuiusdam medicinalis que obere ab au-  
uocatur. Ab apule. autem uocatur kabora quæ-  
dam autem uocant eam renciam. Adhuc au-  
tem sensus olfactum inesse talibus deprehen-  
ditur. quia quilibet modus specierum ani-  
malium diligit cibum proprium et currit ad ipsum  
Apes enim non insident locis fetidis aut ma-  
li saporis aut odoris. sed fugiunt et diligunt  
dulce et odoriferum et precipue in floribus.  
de contra autem est apis quedam aliquantu-  
lum maior quam illa que habitat in exanthe que  
non diligit nisi fetida et incidit humiditati ster-  
corum et hoc non habet regem neque custodit  
ciuitatem aliquius congregationis propter  
quod a quibusdam poeta apum quasi spurma  
uocatur. Animal uero cuius corium est as-  
pezum sicut testum ut in pluribus etiam ha-  
bet sensum tactus et gustus et odoratus. hoc  
autem manifestatur in modo uenationis quo-  
rundam eorum. Lortura enim decipitur per  
fetida et hanc speciem animalis auicem. con-  
ceberam uocat. patet igitur quod quilibet modus  
animalis diligit esse appropriatum sibi et odit  
alia non sibi congruentia. habentia enim ora  
diligunt diuersa gustabilia sicut etiam olfan-  
tia ad odores se habent. In his autem ani-  
malibus conchilijs et annulosis non ita ma-  
nifestantur uisus et auditus. eo quod illa magis  
sunt per extrinseca media et non ita fundati  
in principijs complexionantibus animal ta-  
men multi asserunt in animali marino quod sol-  
quidam uocant quod audit uoces et ideo per  
auditum fugit in profundum. Adhuc autem  
si quis digitis appropinquauerit ad ostreum  
quod pecten uocatur subito claudit oculum ex  
quo cognoscit habere uisum et hoc idem ma-  
nifestatur in testudine et limace que oculos  
suos habent in summitate cornuum suorum et  
cum appropinquat aliquis intra hinc oculum  
in cornu et cornua retrahunt in caput et ca-  
put in corpus. Similiter autem cum uena-

tores uenantur animal bryne uocatum tacet  
ne audiat sonum et si loquatur quis fugit et  
hoc non accideret talibus nisi audirent et odo-  
rarent. hyrcius autem audit debiliter minus  
inter omnia que testum habent corium et mi-  
nus inter ambulancia. hec igitur est disposi-  
tio sensuum in omnibus animalibus prein-  
ductis.

Capitulum secundum de modo uocis  
et soni animalium.

Uocem autem dicimus qualiter competit  
animalibus inductis uocare sine uo-  
cem facere. predeterminare autem oportet quod  
uox est diuersa a sono. eo quod uox est sonus  
cum ymaginatione ab ore animalis ad ali-  
quem effectum demonstrandum prolatus. So-  
nus autem est genus uocis quod libet uideli-  
cet a sonante procedens quod auditu inferat pas-  
sionem. Sermo autem est tertium diuersita-  
tem habens ad utrumque istorum. Est enim sermo  
uox articulata et scripta perceptum mentis hominis  
denuntians et hoc non potest nisi homini et pau-  
cis que ad hominem habent affinitatem sicut pigmeus  
et id quod supra nominauimus maricomonion et  
homo. uox enim non erit sonus nisi fiat per  
glottim et ideo omne carum pulmone caret uo-  
ce et loqui quod est distinguere et formare ar-  
ticulatum et litteratum uocem que distinctio præ-  
cipue fit per linguam. lingua uero scripture que  
uocat lingua formas uoces scriptas et scriptas  
etiam est per linguam solam absque motu epiglottis.  
Sicut autem quodcumque animal non habet linguam solutam. sed  
adhuc uentem secundum totam longitudinem et ligatam ad in-  
feriorem partem oris caret et uoce. Strepitus autem  
que aliquis facit hoc autem est in interiori corporis sui  
spiritu offendente ad dyaphragma et non est spiritum ex-  
eunte ex ipso per tracheam. quia tale animal non anhelat  
sicut apes et sibi lilia alia. tamen de numero talium  
quod sunt dulces sonos habentia que soni aliqui uo-  
ces dicitur sicut alium puum quod locuste assilaf. et in  
per alium cantat in estate et sibulat in nocte et uocat  
gallus. Strepitus autem et sibulatio omnium istorum  
est per telam que est sub parte dyaphragmat in loco  
ubi sic iunguntur tamquam abscessa sicut corpora iporum.  
sic enim sonat mulce et apes et omnia huiusmodi. ista enim fa-  
ciunt strepitum uolando et alas extendendo pec-  
tendo aere cadente infra alas eorum. et ideo continue  
sonat dum uolat et illud quod continue sonum non fa-  
ciunt nisi modo dicto. sed quando capti tenent et precei-  
sis alis sonant alio sono. et alium sonum non faciunt  
in ore spiritu exeunte. sed potest sub dyaphragmate  
per modum que diximus et locuste uolantes sicut fa-  
ciunt sonum. sed immobiles non sonant omnino.

Ea autem que sunt in genere malachie et que  
 sunt in genere mollis teste neqz sonant neqz  
 sibilant. Similiter autem et modi piscium uo-  
 ce carent. eo qd omnia ista genera carent pul-  
 mone et epigloto et uena aspera que trachea  
 uocatur. Aliqui tamen opinati sunt quosda  
 piscium uoces habere in aceto fluuio quos  
 sibi nominant laudam et lecouitez et porcus  
 maris qui aliquando egreditur in agru p-  
 pter qd agrestis uocatur qui est in regione  
 qui uocatur arabice halkaley et etiam ani-  
 mal marinum quod dicitur halyz et id quod  
 uocatur koky hoc est uisulus marinus. om-  
 nia enim ista animalia uocem habere putan-  
 tur. sed pro certo nullum istorum sonat spi-  
 ritu exterius attracto et emisso. Sed quedam  
 ditorum sonant branchijs in aque superfi-  
 cie aut in profundo. eo qd sunt duri sicut spe-  
 ne et sunt lati et solidi et ideo percussi sonant  
 fortiter. quedam autem et precipue sibilantia  
 sonant per spiritum qui est in interiori cor-  
 poris eorum. cum enim ille fuerit ad telam  
 que sub dyaphragmate est tunc exit sonus ab  
 eo. offensione autem parietis et musculoz  
 et lacertorum eius percussu ad sonandum.  
 Leletri autem et pecten putantur facere sibilu  
 mouetur enim super aquam et tunc sibilat et  
 similiter hyrundo maris. hec eni habent alas  
 latas et paruas quibus strepit. et sibilus eni  
 similis uoci. habet enim pulmonem et uenas  
 asperam que trachea uocatur arteria. sed lin-  
 gua non est absoluta neqz labia eius perue-  
 nire possunt ad uocis distinctione. Animal  
 uero habens linguam et pulmonem et qua-  
 tuor pedes habent uocem debilem quando e-  
 aquaticum. sed quodcumqz ex talibus e ouas  
 sibilat ut serpens. qd autem ex eis habet uo-  
 cem debilem sicut tortuca et rana habet lin-  
 guam appropriatam sibi. quoniam in talib  
 pars anterior lingue suo ori alligatur et ap-  
 plicatur. In talibus enim anteriori applica-  
 tur extremitas sicut in piscibus. In alijs au-  
 tem animalibus ista extremitas libera est et  
 absoluta. sed in hjs posterioris lingue qd ca-  
 ne uicinatur est absolutum et ideo rana uo-  
 cem habet propriam que coax sonat. In so-  
 no eni huius inferioris lingue primo soluitur  
 et anterior affigitur palato et talis est lingua  
 rane per omnia nec sonat hanc uocem nisi in  
 aqua et ibidem non sonat eam proprie nisi  
 masculus et in tempore coitus tantum quan-  
 do clamat uocando feminam per uocem cog-  
 nitam a femina. Quoddam enim animal ha-  
 bet uocem propriam per quam uocat clama-

do sonum tempore coitus sicut capre porci  
 arietes coturnices et omnia alia genera ani-  
 malium. Rana autem multiplicat uoces in  
 aquam ponendo mandibulam inferiorem in  
 aquam et extendendo superiores super aqua  
 et per extensionem duarum mandibularum  
 et conatum uocis ex uentositate interius ele-  
 uante. lucent enim oculi sicut candela et exitus  
 carum sepiissime est de nocte propter qd  
 etiam nocte plus clamant. Modi uero auis  
 um uociferant et quodcumqz est ex eis late li-  
 gue latitudine mensurata loquitur. aliquan-  
 do et qd cum hoc est lingue tenuis et subti-  
 lis. quia illa melius inflectitur ad figuras lit-  
 terales et articulatas. Quedam uero auium  
 genera sunt que uno modo uociferant tam  
 mas qz femina. In quibusdam autem diuer-  
 sificantur mas et femina in uocando. Aues  
 uero paru corpus plus garrunt alijs p-  
 pter leuitatem spirituum et sanguinis parue  
 etiam frequentius loquuntur et maxime mo-  
 derate que sunt medie inter paruas et mag-  
 nas sicut sturcius et psittacus et pica et huius-  
 uismodi. Garritus autem carum maxime est  
 tempore coitus. differentiam autem habent  
 in garritu ut coturnix et phylomena et mul-  
 ta alia. Quedam autem non cantant. sed sono  
 quodam clamant uocando feminam sicut id  
 quod coatus uocatur et columba et multa  
 alia. Quedam autem uociferant distinguen-  
 do tempore noctis et diei et post uictoriam  
 in prelio sicut gallus. et ideo uno gallo can-  
 tante et alter cantat ne uideatur uinci ab ipso  
 Quedam autem sunt que dulce uociferant.  
 tam mas qz femina ut id quod uocatur har-  
 don quod est species quedam cocodrilli. In  
 hoc enim genere femine uociferant sicut mas  
 Auicen. tamen dicit qd aues sunt que uocan-  
 tur non hardon. sed audon quorum mas et fe-  
 mina uociferant. Sed tamen femina cu oua scu-  
 bat quiescit a uoce musica. In quibusd autem  
 auibus masculi quid dant uocem musicam  
 et non femine sicut gallus et mas coturnicis  
 Sed mas coturnicis habet uocem exilem ut  
 fere sicut grillus et femine habent uocem gros-  
 sam. Animal uero generans alibi simile in  
 utero et quadrupes huius uocem simplicem illit-  
 teratam et non loquitur oio. locustio. n. cu intel-  
 lectu appropiat homini. soli et omne quid lo-  
 quens huius uocem. sed non conuertit et si aliqd ge-  
 nus symeaz sicut homini loquitur huius est ex ymagi-  
 nae simplici et non ex intellectu sicut pigmeus  
 et forte id quod uocauimus superius maridrio-  
 rion et forte quod homini animalia inueniuntur

Illi uero homines qui ex generatione sunt muti patiuntur hec. quia sunt a generatione surdi et illi habent quid uocem. sed non habent sermonem distinctum et litteratum. quia ideo mata adiscere per auditum non potuerunt. Infantes autem pueri firmiter retinere suas non possunt linguas sicut neque cetera membra puerilia et ideo imperfecte loquuntur donec iuuenescant et temperet humor qui molliciat linguas eorum. Quidam etiam puerorum non uigent lingua nisi post longum tempus et tunc conualescunt. Quidam autem perpetuo manent trahuli et quidam blessi. Et alij sunt alias lingue habentes occasiones propter diuersa lingue impedimenta quarum superius dedimus rationem. uox autem et sermo ydeomatum diuersificantur secundum regiones et loca in grauitate et acumine quoniam uox septentrionalium est magis acuta et sonora quam uox meridionalium propter molliciem suorum pulmonum et sue carne et propter maiorem aziludinem ipsius. In modo autem specifico non diuersificat uox que uni speciei animalis est attributa. Si autem contingat quod unus modus speciei alicuius animalis habet diuersarum specierum animalium uoces sicut perdices aliquando strepunt et aliquando aliorum animalium uocibus clamant hoc contingit propter imitationem propter quod etiam aues que a iuuentute domestice fuerunt et alias audierunt uoces tales imitantur sicut etiam imitantur hominum loquelas et ideo etiam contingit quod aliquando quid paruus pulli auium incipiunt non uociferare uoce parentum nisi creentur et educantur ab ipsis. Aliter enim assumulant suas uoces uocibus auium uel animalium que audiunt in educatione. Jam enim uisa est auis que grece dicitur andochia que in Germania grale musche uocatur. et est similis phylomene et emittit aliquando onas auium aliarum et precipue guguli et hec docuit pullos aliarum auium quas enutriet uoces suas proprias. et hoc significat quod significatio uocis non est naturalis sicut neque locutio. Sed est secundum doctrinam loquentium. uoces autem quia naturales sunt. ideo uoces hominum sunt consimiles in specie sed locutiones uariantur. Elephas autem uociferat per os et non per nasum et eius uociferatio est cum spiritu multo sicut quando homo anhelat spiritus sui magni uirtute. Lum autem per nasum aliquando uociferauerit est sonus dulcis sicut fistule. etc.

### Capitulum tertium de somno et uigilia animalium in prehabitis inductorum.

Est hoc autem dicendum est. nobis uidetur de modo somni et uigilie supra inductorum animalium et quecumque diximus in libro de somno et uigilia supponantur ut facilius pertranseamus. Dicimus autem quod omne animal habens sanguinem ambulans uigilat et dormit. sed quod habet palpebras claudit eas in sompno sicut per se cuiuslibet hoc est manifestum. Quod uero multa alia somnient non homo solus sed equus et thaurus et capra et canis quadrupe dia que sibi similia in utero generant. manifestum est autem ex uocibus eorum in sonis. Et alia faciunt similiter animalia quadrupe dia multa. Quans autem animal dormit modicum respectu non ouantis. precipue tamen animal aquaticum sicut pisces et ea que dicuntur mollis teste modici sunt somni propter modicam euaporationem ex loco digestionis factam. Quod autem talia dormiunt non scitur per oculos eorum quia palpebras non habent. Sed somnus piscium scitur ex hoc quod multi pisces capiuntur somno depressi cadentes sicut ponderosi et oppressi ita quod aliquando manu capiuntur. Adhuc autem cadit somno oppressus in rete et si maneat donec euigilat diuidet aliquis eorum rete dentibus et hoc frequenter faciunt in nocte quidam pisces quando euigilant quous sint multum implicati in rete. Adhuc autem ex somno deprimente multitudo piscium iacet in profundo maris. Et huius signum est. quia rete eleuatum de profundo trahit multos pisces rotundos sicut spa que membri et pectinis uocantur. Si etiam contingit quod piscis capitur et non sentit piscatorem propter somnum. In somno enim quiescit piscis ita quod nihil sui mouetur nisi cauda solum motu modico et si aliquid mouerit piscem dormientes uel propter ipsum fiat motus. ita quod excitetur expergescit et fugit subito. Somnus autem piscium plus est de nocte quam de die. et hoc contingit ideo. quia spiritibus conclusis magis excitatur calor ad euaporandum. et quia plus dormiunt nocte pisces. Ideo piscatores cum luminibus aspicientes eos stantes immobiles magis signant eos et confidunt creditibus nocte quam die. plures enim pisces et animalia marina dormiunt super terzam in fundo aut barenam aut lapidem. Quoniam in fundo

latibula in quibus secunde quiescunt inueniunt  
 Quod autem est amplum in modis piscium  
 non potest intrare cavernas et dormit in ha-  
 rena et aliquando scinditur pellis eius ex ha-  
 zene impressione. Aliquando autem uestigia  
 facientis piscis remanent in fundo hazenarum  
 et ibidem iacens percutitur trudente sepius.  
 Scdm enim hunc modum piscatores uenan-  
 tur magnos pisces marinos sicut tyrac et fal-  
 coroz et in danubio hoc modo uenantur ru-  
 fos et husones et sturiones et huiusmodi. ni-  
 si enim esset somnus vix vnq̄ isto instrumē-  
 to caperentur. Lecti autem adeo graui som-  
 no deprimitur q̄ manu capi potest. Delphi-  
 nus autem et kalane siue cete q̄ est balena et  
 omne genus piscis q̄d habet cannam p̄omi-  
 nentes ad os in corpore suo qua inspirat ae-  
 rem dormit et canna illa p̄minet super aquā  
 quando anhelat per eam et modicum mouē-  
 do alas tenet se ne decidat pressura sompnij.  
 delphinus etiam a multis auditus est in som-  
 no stertuisse. Malachie autez genera dormi-  
 unt et omnia mollis teste alia et similiter ani-  
 malia dure teste. Annulosi vero corporis ai-  
 malia dormiunt q̄ manifestum est in apibus  
 quando frequenter de nocte quiescunt et non  
 sonant. h̄ autem causa non est. quia non ni-  
 deant sicut quidam dixerunt. sed potius que-  
 dicta est debilis quid est omnis usus eorum  
 que duos habent oculos. sed tamen usum  
 habent. Siquis autem applicuerit candelam  
 apibus uidebit eas quiescere et dormire. ho-  
 mo autem precipue inter omnia somniat ani-  
 malia. pueri autem ante quatuor uel quinque  
 annos non uidentur somnare propter nimi-  
 um humidum ipsorum. Inuenti tamen sunt  
 viri et mulieres qui usq̄ ad antiquitatem su-  
 am non somnauerunt. et quid̄ stultum in se-  
 nectute deficiente eis humido somnare ince-  
 perunt. post modicum autem accidit eis infir-  
 mitas et mortui sunt. hec igitur est dispositio  
 sensus et uocis et somnij et uigilie in anima-  
 libus. etc.

**Capitulum quartum de diuersitate  
 sexus prout competit animalibus  
 preinductis.**

Distinctio autem sexus maris et fe-  
 mine sunt in quibusdam animalib⁹  
 et in quibusdam non. et est aliquod  
 animal in quo in vno eodem individuo est  
 usq̄ sexus ita q̄ ipsum est mas et femina si-  
 cut hermofroditus et hoc per naturam sicut

dicemus posterius in exemplis. ¶ Animal  
 enim marinum teste dure non habet maris et  
 femine distinctionem sicut ostrea conchilia et  
 testudines. licet enim ostreum quoddam vni-  
 us conche inueniatur q̄d habet figuram uiri-  
 lis uirge inferius et aliud eiusde generis q̄d  
 habet similitudinem vulue mulieris tamen h̄  
 non sunt instrumenta coitus in eis. sed p̄tes  
 corporum ipsorum et illud est ostreum cui⁹  
 concha est ut coclea et est spinosa extrinsecus  
 et est edibile et habet delectabilem cibum et in-  
 ueniuntur in eo sepius margarite habundat  
 autem in littore maris Germanici et flandrie  
 Sed talia animalia generant modo plate ha-  
 bentia in vno individuo et uirtutem maris et  
 femine. uirtutes sicut diximus in plantis. In  
 speciebus autem ma'achie sunt mas et femi-  
 na sicut in omnibus bipedibus ambulanti-  
 bus et in omnibus quadrupedibus et in omni eo  
 q̄d generat aut animal aut oua aut uirtutes  
 per totum diuersantur. quia in quolibz isto-  
 rum est aliq̄d genus in quo sunt mas et femi-  
 na s̄. om̄ discretum sexum et aliq̄d est in quo  
 non est huiusmodi sexus discretio. In qua-  
 drupedibus quidem ut frequenter est mas et  
 femina. In his autem que dure teste esse di-  
 cuntur est quidam uirtus maris et femine. s̄  
 sunt sicut quedam arbores que in vna indivi-  
 dua substantia habentes uires utriusq̄ sexus  
 faciunt fructum. que aut non sic utriusq̄ sex-  
 us uires habentes non habent fructum. Sic  
 enim et in istis est piscium et ostreorum ge-  
 neribus ut diximus superius. Amplius aut̄  
 quedam animalia annulosi corporis existi-  
 tia istam non habent diuersitatem sexus et si-  
 militer quedam genera piscium et enkelym h̄  
 est in anguilla. In hac enim specie piscis non  
 micicia et incicicia animalium aduicem et precipue est  
 ea cibi et uite sustentatione pro cibum aut coitum aut  
 pullos aut nidum sicut autem etiam in marinis. quod dicitur  
 pisces diligunt se aduicem et quidam non  
 se diligunt et quedam seie piscium postquam impugna  
 te sunt congregant sicut greges quedam autem non tunc  
 sed propter primum ouorum uel autem loquendo animalia que  
 in mari congregant sicut greges aduicem sunt ista se  
 midos meydos ceorios chadozeth coyte ca  
 rigla que sunt pisces qui alatybo abatyno cerec  
 hydalis malide tacho stonyz et culya et hy  
 sunt sicut in mari anglico et germaico et scia  
 uico allec et spizingus et id quod uident uo  
 catur et harderen uocatur qui sunt muli et  
 multa alia genera piscium que diuersis me  
 ribus seminantia congregantur sicut superius  
 etiam dixisse meminimus. ¶ Que  
 dam autem istorum non congregantur si  
 cut greges tantum sed congregantur etiam  
 inter se per com parum mas cum femina tan  
 quam sint conugalium. ¶ Quedam au  
 tem non inueniuntur nisi bina et bina et non  
 sicut greges nisi impregnatione et partu talis  
 enim tempore labraham et pastor hominibus cla  
 mant se aduicem hec enim tali tempore co

gregantur sicut greges sepe etiam congregantur  
 sicut greges non modo animalia que sunt sub uno  
 genere tamen sed et alia quorum est consilium pastus  
 in loco ubi habundat pastus eorum labraham habet  
 autem hoc quod cum non inuenit pastum alium fortior  
 comedit debiliorem et hoc apud nos faciunt ha  
 cetera quando multi sunt sicut.  
 Tractatus secundus octauum libri in quo  
 agitur de modis animalium secundum pru  
 dentiam et stultitiam ipsorum. L. i. de stulti  
 cia et prudentia diuersorum animalium et  
 potissime de discretione ceruorum.

Odo etiam alia animalia diuersifi  
 cantur secundum morem qui modus  
 est secundum cognitionem et pru  
 dentiam uel aliquid simile prudentie quod  
 regit animalia in opere. Quedam enim sunt  
 domestica et quedam siluestria et quedam a  
 liquid simile intellectui habentia et quedam  
 non. Sed post uidentur esse stolidi et stul  
 ti. Dicitur autem comuniter quod in ouibus et  
 arietibus et capris maior est priuatio intel  
 lectus et prudentie quam in aliis quadru  
 pedibus eo quod magis uadunt in uanum et  
 ultra ita quod exeunt a locis commodis ad  
 loca deserta et manent sub pluuia propter  
 etiam a locis suis in commodis non mouent  
 et aliquando nisi pastor moueat ea primario  
 arietes tunc enim secuntur arietes propter quod  
 etiam repulle oues ab igne quando ardent  
 caule recurrunt in ignem et sicut faciunt equus  
 et mulus sed non tantum sicut oues dicitur etiam  
 quod quando caprarum rapit aliqua ab aliquo  
 animalis predante subito eriguntur alie capre et  
 aspiciunt eam aspectu stolido antequam fu  
 giant oues tamen magis sunt quiete et ma  
 gis pastoribus apropinquantes quam capre et  
 aliis hominibus similiter hoc autem habet ouis  
 quod iocunde ambulat et melius pascitur ad au  
 ditum musicum fistule propter quod etiam  
 pastores modulantur cum fistula et cornu  
 in pastura ouium. Ad auditum autem to  
 nitruum magne oues impregnate aliquan  
 do abortiunt precipue uel sole et non in gre  
 ge sed sequestrate ambulat quia tunc magis  
 terrentur. Sequestrantur autem oues ab in  
 uicem quando pastor alijs rebus familiaribus  
 domi occupatur tunc enim per se ambulat  
 non coadiutate propter consuetudinem exitus earum  
 et tunc frequenter amittuntur sicut et uacce  
 ob armentis sequestrate enim animal  
 mal patitur a bestiis insidiis et deuoratur quoniam  
 se solum defendere non potest oues etiam et capre

sunt dicitur sazum species pascunt sicut frequet et  
 quoniam pascunt ut frequet adinvice puerunt fa  
 cies et non in opouu capre aut minus pigueo  
 ce aut orb<sup>o</sup> aigi pascualib<sup>o</sup> aialib<sup>o</sup> i maiori  
 aut pte pluetudo e uaccap qz qn na errat et  
 ex u a grege fecit eafalie ppter qz etia capa  
 ne tauo<sup>o</sup> uaccis a pastorib<sup>o</sup> alligant ut p so  
 nu capanay in siluis aberrantes audiāt et i  
 uentat. eque aut pascunt sicut i multitudie et co  
 gregano talu uocaf equatuū uel equatfa et  
 qn morit una equa et dimittit pullū tenezū  
 alia equa accipit ipsū et nutrit itaqz suū ppū  
 ppter qd dicitur qz gen<sup>o</sup> equaz nafaliter di  
 ugit lna spē et hui<sup>o</sup> lignū ē qm licet quedam  
 eque sint steriles et no piāt in accipiūt ad se  
 et leu ducūt pullos equaz morientū et si pe  
 unt pulli illi nō pcut ex hoc qz nō ipēdāt. eis  
 cura eque illa<sup>o</sup> sed ex h<sup>o</sup> qz nō hnt lac ad nut  
 eon pullos asuptoi. ē aut opio de ceruo qz  
 sit dicitur mltis aialib<sup>o</sup> alyz obfuaat. n. qz  
 piāt i ubrosis iux publicas uias exntib<sup>o</sup> eo  
 qz bestie nocue timetel trāitū hōim m<sup>o</sup> sūt  
 i locis illis. cū aut tēa cerui pepit prio si pē  
 pmedit herba que diricōtea uocaf que silenti  
 uū tūē carē uenenū scōme qz cerua sp pēa p  
 medit et tūc redit ad ptū et alū abfōdit cū p  
 tu in loco ubroso iux uia usqz ad auroram  
 qn icipit apparet lum solis illo. n. tēpōt m<sup>o</sup>  
 n<sup>o</sup> mouet nocue bestie qz tūc colligūt ad la  
 tūbula sua h ergo tēpore cū partu uadit cer  
 ua ad loca latetia ubi sūt fissure et pcauita  
 tes petrāz aut antra aliqua que n hnt nisi in  
 trouū unū et i ill abfōdit ptū et stat an an  
 ty qz ubi pōt obpugnādo defēder ptū ab a  
 lūf alib<sup>o</sup> nocuis pui suo ē etia signū discre  
 tiōis cerui qz cera<sup>o</sup> mal qn se sentit pigue la  
 tet ne uenēē ipm hōies et bestie ppter pignedē  
 nē cerui etia ciciūt cornua i locis ubi graue  
 ē inuenire ea ppter qd etia puerbiū ē dicere  
 uade ad locū ubi cerui ciciūt cornua et ciec  
 tis cornibus abfōdit nolētel appere eo qz  
 carēt armis et se defēdere nō pnt dr aut qz nē  
 lū unqz iuētū est cerui cornu sinistrū ciectū  
 h. n. ceru<sup>o</sup> abfōdit quasi sciat i ipō eē aliqz  
 iunamū cū aut cerui sūt ani illi in sic pmi ā  
 ni nō apparēt cornua in capitib<sup>o</sup> eoz nisi sit  
 capita quedā pminētia dura i duob<sup>o</sup> aut ā  
 nis cre cūt et eleuāt quasi ad quātitate uo  
 mezis ppter qz etia cornua bimi cerui nom a  
 lia dūr in terciō aut āno crescūt ramose emit  
 tētia p duo capita culmos in quarto aut ma  
 gis igrossant et addūt usqz duos ramos  
 sic deiceps sigul ānis addūtur culmi ramos  
 i somib<sup>o</sup> ceruoz usqz ad vi. ānos et tūc ma

gis qz pti<sup>o</sup> efficitur ramosa ppter qz etia si  
 pōt pgnōici etas ceruoz p nūmez ramos i  
 eo. n. b<sup>o</sup> nisi usqz ad sex anos. antiqui aut et  
 scio pfecti cerui duob<sup>o</sup> cognoscūtur aliqui  
 n. ceruoz in ipe tenectutū detes nō hnt aut  
 si dentes habent illos culmos cornuū infri  
 ores q uocātur amonitroz h ē punguitū  
 et sunt culmi inferiores qui directe ad interi  
 us uersus frontem in rectum porrigūtur et  
 non eriguntur sicut alij per hos. n. culmos  
 pugnat sed per alios qui sunt in cornib<sup>o</sup> uē  
 tilat tenex aut ceru<sup>o</sup> hos culmos non habet  
 eo qz ista directe antrius crescunt et uirtus  
 deficit in semine tales eximos formandi. Et  
 unt autem cerui cornua in primo mense ue  
 ris qui ē marclus et tūne p diem latent in lo  
 cis nemorosis et condensis multarum arbo  
 rum fructectorum in quibus multe sunt her  
 be pascuales eo qz tunc timent lupos et p tē  
 pus illud nocte pascuntur quousqz creue  
 runt cornua eorum et cum exunt eis cor  
 nua stant ad solem et querunt calorem solis  
 ut arecant eis cornua eorum et maturecant  
 per calorem solis et eum cornua dura sunt  
 et recessit dolor et sensus ab eis recedunt a  
 locis illis et uadunt ad arbores et confricat  
 cornua ad eas ut auferatur pellis a cornib<sup>o</sup>  
 et tunc erunt securi quoniam habēt arma fer  
 tur aut in antiquo tempore captus esse cer  
 u<sup>o</sup> sup cuius cornua creuit alid edēē et cucur  
 bite siluris et hoc ut accidit nisi qz cornua  
 cerui primo mollia cōceptunt radices autem  
 scia illa p erbaz iterius in pcauitate sui ubi  
 maior fuit hūor ex quo cornu nutriebatur  
 qn ceru<sup>o</sup> iacebat i herba et pullulauerūt her  
 be anquam induratum esset cornu et postea  
 indurato cornu indurate sunt herbe nutritē  
 ab interiori hūoze cornu sicut eed herbe et  
 tiam aliquando crescunt in arboribus et la  
 pidibus adhuc autem qn nocet ceruo super  
 fluitas congregata in ipso uenenosa que sci  
 da uocatur aut quando forte mordetur a  
 serpente aut ab alio uenenofo agregat can  
 cros et ce mmedit eospro medicina Et idco  
 opinantur quidam cancos esse medicinam  
 circa uenenum licet non conueniat aliquan  
 do. Amplius autem quando parit cerua su  
 bito commedit scōmam antequam cadat su  
 per terram et cum adhuc adheret partui Et ē  
 oppinio quorundam quod scōma sit uene  
 nosa propter quam ce mmedit draconteaz  
 ¶ Adhuc autem est quidam modus ue  
 nationis ceruorum et maxime capriolo: uz

capreoloz est secundū hunc modum uadūt  
namq̄ homines duo plures aut etiam unus  
et folio sub lingua posito sibilat imitādo uo  
cem pulli et ad hunc sonum prodit ceruus  
et precipue capriolus et sequitur sonus illū  
quia delectatur in ipso et tunc alias traicit  
illa sagitta aut uenabulo dupliciter aut pro  
dit de latibulo Si enim prodit erectis auri  
bus, auribus et projectis anticius fortiter  
audit et iam deprehendit esse in idias et que  
rit fugere Si autem retrorsum conuertit au  
riculas et dimittit absq̄ dubio sono delecta  
tur et imitatur eum et tunc facile decipitur.  
Quando autem lupos fugiunt cerue part<sup>o</sup>  
suos secum ferunt et si uenatorum aliqui s̄  
prehendit ceruas currentes fugere lupos na  
ti saltant super herbas et arbores et latet ibi  
quia tunc lupi fugiunt a presentia uenatorū  
cum autem cum partu iam perfecto exeunt  
s cauernis primo comedunt aliquas de dra  
gontis herbis diu masticātes ut dentes p̄ ma  
sticationem faciant acutos et incidentes.

Capit. ij. de prudentia animalū in pro  
uisione medicantiū s̄ influentiam.

Uit autem q̄ mirabilis uidetur ai  
malia industriam quandam s̄ medica  
minibus habentia et eontra quedam nulla  
sua nocumenta abstergunt per medicinā La  
pri enim montani qui sunt in crete isule mō  
tibus et in alpiibus altissimis germanie qui  
proprio nomine ybices uocantur quando sa  
gitta uenatorum percipiuntur et ferrum re  
manet in uulnere querunt ut dicit aristoteles  
pollegium ceruinum siue agresse quod au  
cē. leuon arabice uocatur et applicant illō  
plage et tunc exit ferrum de corpore ip̄o rū  
aristoteles tamen dicit q̄ ipsum comedunt  
et per uirtutem herbe in corpore nutrimen  
taliter diffusam ferrum exit similiter autem  
et canes secundum diuersas infirmitates su  
as comedunt radices herbarum et herbas de  
treras notas ab ipsis circa infirmitate herba  
autem quam sep̄ta comedere uidentur est  
gramen aliquando tamen comedunt radices  
protrouantes uomitum ut facile eiciant hu  
morem et ideo etiam ante uomitus superad  
implent se cibo si habent ut humor putrescēt  
in stomacho imiscetur cibo et cum ipso faci  
lius euomatur. eodem etiam modo animal  
quod grece ferdalix uocatur q̄ auicēna la  
tine nominat leo pardum quando comed  
rit herbam uenenosam que fridalydon gre  
ce latine stragulator leopardi uocatur et cū

incipit degulari et suffocari querit squibali  
hominis et comestione illius liberatur a ue  
neno herbe. Squibalum enim hominis pre  
cipue quando recens est et non euaporauit  
ab ipso Virtus Stomachi et intell. uoruz  
habet Tyriace uirtutem eadem autem hec  
herba dicitur interficere et degulare lupos  
et leones propter quod uenatores leonum  
uasa plena stercore squibalico hominis po  
nunt sub arboribus et occultantes se non lo  
ge rapiunt uel interficiunt leones qui ad ua  
la illa gracia accedunt medicie et similiter fa  
ciunt lupis propter medicinam illuc uenien  
tibus dicunt autem q̄ leopardi eodem rapi  
untur artificio Sili autem et non eodē ar  
tificio utuntur quidam ad capiendos cer  
uos ponendo uidelicet medicamen cognituz  
in loco aliquo ad quod cum ad curandas i  
firmitates cerui ueniant capiuntur. Dicit  
autem auicē. q̄ leopardi uenantur a lupis  
et quia unus lupo non preualet leopardo  
congregantur plures et insecuntur euz. licet  
enim uelocior sit leopardus lupo non tamen  
continuarē potest cursum uelocem et cū las  
satur capitur ab ipso et ideo quasi semper le  
opardus ambulat in absconditō quasi latens  
et ideo leopardus domesticus non diu inse  
quitur feras quas uenatur Adhuc autē a  
uis egipciaca que grece anebicomon latine  
autem ibis uocatur et est emōia tota nigra  
in dorso et inuenitur grisea. quando uidet  
serpentem alatum qui grece uocatur balkō  
et hanc auem auicē. uocat ibiamō salinus  
autem uocat ibidem sicut ante diximus hec  
igitur auis quando predictum uidet serpe  
tem clamat uoce auis alias sui generis ad  
uocando in auxilium et tunc omnes simul  
ponunt se in luto et postea in terra pulue  
rulēta et harenosa ut adhereat uiscositati lu  
ti et tunc intrat in aquā ut undiq̄ ad corpa  
eoz affluat eis lutum et sic armate congre  
diuntur cum serpente alte uolantes ad eum  
in aera sicut dicit solinus Tenthea autē que  
est species quedam cocodrilli cum superflui  
tates tenosas sentit multiplicari circa dentes  
apit os magno hiatu ita q̄ dentes eius ap  
parent et tunc in os eius descēdūt aues que  
latine strophilus siue strophilli dicuntur et  
est auis similis pice uaria aquatica habens  
rostrum sicut est rostrum anatis et muates  
mudificant ei dentes quia tenchea sentit ex  
hoc iuuamentum non nocet eis et cum uult  
eicere eas ex ore mouet collum quasi garga  
rizando et tunc euolant dicit autem auicē.

q̄ aliquando deuorat eas quando fumescit  
 adhuc autem tortuca que de genere reptiliū  
 esse uidetur et minus habere nobilitatē uirtu-  
 tum anime tamen sagacitate naturali postq̄  
 comederit uiperam postea comedit organū  
 agreste ut calore herbe frigiditatē uincat ue-  
 neni expertus enim est aliquis tempore a  
 aristotelis q̄ tortuca non iuit comedere uip-  
 eram nisi in loco ubi copia fuit agrestis ori-  
 gani Et cum aliquando fuit organum et tor-  
 tucā rediens comesta uipera quereret origa-  
 num et non inueniret radicem organū mor-  
 tua fuit ex uirtute ueneni narrat etiam auicē-  
 nē q̄ quidam senex multum expertus in uena-  
 tionibus et fide dignus retulit ei q̄ uidit a-  
 uem tardam que mali est uolatus pugnan-  
 tem cum uipera et sepius cum uulneratur a  
 serpente auis recessit retrorsum et comme-  
 dit de quadam herba et ea gustata rediit ad  
 pugnam Senex autē qui latebat in abscon-  
 dito euulsit herbam et cum auis uulnerata  
 rediret et herbam non inueniret fecit strepi-  
 tum magnum et uocem emisit querulam et  
 mortua cecidit et cum describeret colorē her-  
 be et figuram estimabatur ab auicenna esse  
 lactuca agrestis Adhuc autem auis uocata  
 eptiches quando cum uipera pugnat come-  
 dit rutam eo q̄ uipera fugit odorem rute si-  
 cut fere omnia alia uenenoſa et caper agre-  
 stis montanus tempore fructuum quando i-  
 eis superhabundant humores crudi medica-  
 tur sibi per comestionem herbarum amara-  
 rum ut dissoluatur uiscositas que est in ip-  
 sis et canes quando malum habent in uentre  
 ex tortionibus uel humoribus pungitiuis  
 acutis comedit spinas tritici ut lenificentur  
 ex illis et animalia que halachalie arabice uo-  
 cantur et sunt apud nos cerui et equi cerui  
 uulneribus suis medicantur comestione o-  
 rigani montani et hoc sepius uisu experti se  
 uenatores galli Etiam quod nos Uulpem  
 uocamus aliquando cum aliquo pugnat se-  
 pente et tunc comedit rutam eo quod sicut  
 diximus odor rute serpenti contrariatur.  
 Draco etiam cum infirmatur comedit fructū  
 plante que thyrhalcon uocatur Similiter  
 autem ladath et alie aues quando pugnan-  
 do aduicem uulnerantur applicant uulneri-  
 bus suis organum agreste et etiam come-  
 dunt ipsum et curantur ex ipso Hali autem  
 quod est uulpes non solum habet astuciam  
 in medicamine sui nocenti sed etiam in ca-  
 piendo aues quando faciendo fingit se mor-  
 tuam et cum aues insident ei degulst eas sicut

degulantur lupi arietes quando abscondun-  
 tur canne gutturis eorum hoc autem genus  
 animalis cum quibusdam serpentibus pug-  
 net tamen maxime pugnat cum serpente qui  
 comedit mures eo q̄ etiam uulpes comedit  
 mures et hec pugna multociens sensibilibiter  
 apparuit uenatoribus Est autem et alia ani-  
 malium sagacitas in prescenciendo nocumen-  
 to quod fit ex aeris et elementorum imuta-  
 tione sicut pycnū prescenciunt dicuntur uentos  
 aquilonares et austrinos. Quando autem  
 hos ingrediuntur cavernas et obstruunt os  
 cauerne uersus partem unde uenit uentus ti-  
 mentes ledi auento cuius signum est q̄ qui-  
 dam ciuiliū constantinopolitanorum fertur  
 habuisse pycnū cuius absconditōes et pro-  
 ditiones a cauerna ipse solus intellexit Alij  
 autem non intellexerunt et per illum predix-  
 it uentos nautis et factus est diues Est autē  
 animal aliud quod ankatinos uocatur grece  
 quod auicēna katym uocat et est apud nos  
 pullos comedens et inimicum pullis q̄ gal-  
 lice fissati uocatur germanice autem illebez  
 uocatur et est animal longi corporis sicut le-  
 porarius quando est catulus et membra ei-  
 us et quod est sub gula et uentre p̄fert ru-  
 borem sed in dorso est subnigrum et in astu-  
 cia simile est uulpi et libenter habitat in do-  
 mibus hominum ita q̄ cibus eius est in do-  
 mibus eorum Diligit enim mel et ideo cor-  
 rumpit aluearia et odit gallinas et ideo de-  
 gulat eas et non comedit et gallinis nisi pri-  
 us omnes aut multas ex eis degulauerit et  
 hoc ingenium etiam habet uulpes et animal  
 quod dicitur seyton a quibusdam et est que-  
 dam alia species katym de quo diximus di-  
 cunt autem q̄ uirga maris horum animalium  
 est ossea dura ualde sicut os sicut dicitur  
 de uirga uulpis et est opinio quorundam q̄  
 rasura uirge illius in potu data medicina est  
 circa uenenum et sicut auicēna dicit ualet eius-  
 dem rasura uirge contra scurtiam Liii. de  
 astucia maior que in operibus paruorum  
 animalium esse deprehenditur.

In alijs autem astucijs quibus uiuunt  
 et reguntur minoribus animalia ma-  
 gis astuta deprehenduntur esse parua anima-  
 lia quam magna in paruis enim multum est  
 astucie que etiam aliquid simile intellectui ei-  
 se uidetur frequentius in operibus agnosci-  
 tur hoc autem maxime apparet in hyrundi-  
 nibus quas quidam grecorum Hali hoc ē

vulpes uocant propter astucie quandam Si  
militudinem. Cum enim sunt hyrundinum  
plura genera sicut superius diximus duo ge  
nera illarum tam artificiose nidos constru  
unt q̄ in architectura aliquid artis et intelle  
ctus uidentur ostendere commiscet enim lu  
tum cum paleis Et contextunt nidos grauis  
inferiora et leuia superiora ponendo et eri  
gendo parietes per artem uel aliquo arti si  
mili et componunt nidos sub tecto aliquo  
Et cum lutum non habent intrant in aquam  
et deinde in puluerem ut faciant lutum Per  
quod domos construunt et foramen in ni  
do relinquunt per quod intrant. Interio  
ra nidi faciunt mollia et calida imponentes  
pilos et plumas Et ille quidem hyrundines  
que in muris et lapidibus nidificant conclu  
dunt luto nidum usque ad arctum foramen  
per quod intrant et exeunt Et si passer intra  
uerit et non cito exierit uocat alias sui gene  
ris hyrundines in auxilium Et simul ueni  
entes cum luto concludunt passerem in nidu  
et suffocant ibidem Et tunc reparato fora  
mine eicit passerem mortuum et resumit ny  
dum Et cum habent oua alternatis uicibus  
fouent ea et masculus et femina Et sunt mul  
tum diligentes ut alternatim pascant pullos  
suos et emundant nydum cum rostro offer  
entes sterces pullozum Et docent pullos te  
pore egestionis posteriora ani extra nyduz  
uertere ut sterces cadat extra nydum Et hoc  
uisu oculorum quilibet experiri potest. Idē  
autem genus industrie in columbarum ge  
neribus uidetur que debilem primo faciunt  
nidum eo q̄ calida habent corpora et non  
multum indigent calore nidi. Habent enim  
hoc proprium quod masculus et femina cō  
iuncti non de facili seperant matrimonium  
quod est inter eas. quia nec femina dimittit  
marem nec mas etiam feminam postquam  
simul coierunt Sed ante quam coeant ma  
res non habentes uxores nituntur alijs pre  
ripere uel abstrahere feminas et ideo pug  
nant adinuicem fortissima pugna. Et dicit A  
uicenna se uidisse duos columbos pugnasse  
pro una femina. Et femina accessit ad uicto  
rem qui in prima uicit pugna Et cum reui  
go ratus fuisset columbinus uictus rediuit  
et pugnavit iterato cum eo a quo antea uic  
tus fuerat et deuicit eum et tunc femina redi  
uit ad eum a quo prius recesserat et dimittit  
alium Est autem columbi consuetudo quan  
do solutus est statim ut uidet columbam so  
lutam coit cum ea. Et perfecto coitu statim

columba sequitur columbum et obedit cum  
autem columba non cito accedit ad nidum  
Malcolus percutit eam alis Et cum iu  
uenes sunt pulli et parui uenit mas Et acci  
pit rostrum pullorum in rostrum suum Et  
aperit et infundit in eos terrestrem substan  
tiam salis ut ex acumine salis aperiantur  
pape pullorum et excitetur eis appetitus Et  
tunc uicissim alternatis uicibus cibant pul  
los Pater et Mater Sedent autem in ny  
do pulli quousq̄ columba alia fecerit oua  
in nydo ubi habeant alium nidum colum  
be antique. Et tunc expellit Pater pullos a  
nido Per hoc quod ascendit super eos ac si  
uelit coire cum ipsis. Quando autem ha  
bent alium nidum tunc diutius manent pul  
li in nido suo in quo nati fuerunt. Quando  
autem plures columbe habent nidos sibi p  
pinquos ad inuicem est inter eos pugna  
pro nidis et uxoribus tota die ¶ **C**olum  
be autem genera Et palumbi et turtures ha  
bent hoc commune q̄ uno tractu potant de  
millo capite Et non erigunt in potu sepe ca  
pita sicut alie Aues. Et hoc ideo Quia col  
lum earum est breue et amplum Et simul mi  
tum capit de aqua Et hoc non est ita in alijs  
Auibus Et ideo sepius erigunt capita quā  
do potant ut aqua liberum habeat ingressu  
erecto et directo collo. Turtur autem magis  
amat castitatem inter alia genera columba  
rum Et ideo non sociatur nisi uni mari sui  
generis. Et illo uiuente et secundante eam  
non sociatur alteri. Et quidam dicunt q̄ et  
iam post mortem illius non coniungit se al  
teri coniugi sed hoc non est probabile neq̄  
est expertum. Sen? aut columbe quod fe  
byca uocatur longo tempore uiuit Et ter  
minus communis eius uite Sunt uiginti  
quinque uel triginta anni. Et Jam uisa est  
febyca uixisse per quadraginta annos. Et  
quando senescit multum elongantur sibi pē  
ne alazum et caude Et quasi totius corpo  
ris et ideo homines qui habent eas preci  
dunt eas pennas Et hoc est accidens senectu  
tis febicarum Turtures autem et columbe  
frequenter solent uiuere uiginti quinque an  
nis Et toto illo tempore pullificant Adhuc  
autem turtures et id quod uocatur Lanem  
quod est palumbus faciunt nidos suos in  
uno tantum loco Columba autem habet ni  
dos in locis duobus aut etiam in pluribus  
ut in pluribus autem masculi autium solent  
diutius uiuere quam femine preter masculos  
turturis et palumbi de quibus dicitur q̄ mi



nus uiuunt quam femine eorum. Dicunt enim q̄ mares huius auis non uiuunt a tempore coitus quod est principium secundum anni nisi uno anno Et huius signum Quoniam in uere secundi anni non inueniuntur passeris nigrarum macularum circa rostrum et illi sunt Mares. femine enim passerum uiuunt diutius quod apparet ex multa duricie rostrorum suorum que accidit ex uetustate ipsarum. Contra autem animal dictum theschyre in estate mutatur ad loca calida. Et in hyeme ad loca frigida. Similiter autem a stucie quoddam iudicium est q̄ turtures in estate mutantur ad loca frigida. Et forte causa huius est q̄ hoc animal est stematicum ualde et in estate in locis calidis dissolutionis et euaporationem querit sui stematicis propter sanitatem. In hyeme autem propter constrictionem et spissitudinem pellicis non sentit multum frigus. Et ideo querit locum frigidum. Adhuc autem astucie signum q̄ auis grauis uolatus sicut ortyges et coturnices non habent nidos in arboribus. Et similiter cubeth quod est species pulli. Idem autem distastiat. Et de alijs grauis auibus est intelligendum. Nec enim aues uadunt ad loca plana et mollia in quibus est aliquo stipularum et sunt de uera et fossa et faciunt sibi mansionem. Et aliquando minuunt eam spinis propter accipitrem et aquilas ut sit etiam aliquando eis contra uentos et ibi cubant oua sua usque ad exitum pullorum deinde quia parentes sunt grauis uolatus et non potentes circumquaque asserere cibum pullis. Contulit natura pullis q̄ statim exeuntes de ouis per se circa se accipiunt cibum q̄ sunt boni motus in ambulando. Aues enim huiusmodi magis confidunt in ambulando quam in uolando et ideo statim parentes pullos eiciunt de nido et circumducunt eos inquirendo cibum et gratando effodiunt ipsum de puluere per unguem sicut galline et ortyges quidem et perdices et anete. Et anseres et omnes fere huiusmodi aues aduuant de nocte pullos suos sub se sicut galline. Sed in hoc differunt a gallina quod non habent nidum certum et stabilem per annos per annos multos sicut gallina. Sed uno anno ouant in uno loco et in alio anno in alio loco et hoc ideo faciunt ne uenator cognoscat nidum eius et si quando inueniantur pulli eius parui a uenatore. Mater fingit se non posse uolare et uolitando cespitat contra uenatorem donec fugiant pulli. Et tunc

fugit et ipsa et cum recesserit uenator clamat conuocando pullos et circumducit eos ad eum querendum sicut et hoc faciunt fere omnes aues quoniam pulli earum inueniunt a uenatore hoc autem genus pulli quod cubeth uocat non minus ouat quam decem oua et alii ouat. xxi. et sicut in precedentibus diximus ista auis in multis est mali moris et astuta ualde et licet in hyeme gregatim uolet cum in tempore ueris una segregatur ab alia et combinant mas et femina pugnans pro nido et coitu mares inter se donec quilibet mas accipit sciam suam et ipsam sequit coeundo sepius cum ipsa hec enim auis diligit coitum et ideo etiam quoniam mas inuenit feminam super oua coit cum ea et frangit ea nisi femina sit sollicita circa oua cubanda et ideo femina abscondit oua a masculo. et si homo aliquis appropinquet ouis circumuoluit quasi non peius uolare hominem illum donec pertrahat eum ab ouis et tunc redit ad oua et dicitur q̄ hec auis habet hoc proprium q̄ mas eius pugnat cum mare fortiter et uictus obedit uictori et uictor ascendit super uictum et coit cum eo sicut cum femina et si contingit q̄ uictor aliquando in secunda pugna uincatur ab eo quem prius uicerat tunc ille qui prius sustinuerat coitum uice uersa ascendit et coit cum ipso sed hoc non semper fit sed tantum uno tempore anni quod est principium ueris quando hec auis multum desiderat coitum. Similiter autem accidit ortygi siue ortygetris galli etiam faciunt hoc ut dicitur in locis qui sunt in regione que uocatur lephychime in locis. r. illis omnes galli iuuenes non uetusti appropinquant sibi et pugnant et uictor nititur coire cum uicto quando sunt sine gallinis adhuc autem cubeth domesticus coit cum agresti et uociferat ad eum et cognoscit eum et ideo uenatores uolentes capere cubeth incarcerant in caueam feminam et hanc caueam maculas per quas uidetur amare et habet receptaculum in quo potest intrare in una parte et tunc cubeth mas agrestis intrat ad eam et capitur et aliquando intrant plures per hunc modum sed hec auis habet hoc q̄ habet rectorem qui antecedit sicut et facit grex perdium et cum ille intrat primus tunc post eum intrant alij aliqui autem uidens feminam uadit ad eam cum silentio ne alij audiant ut solus coeat cum ipsa et tunc aliquando solus capitur. Similiter autem femina agrestis cubans oua audiens uenientem marem occurrit ei recedens ab ouis et sustinet coitum eius ne frangat oua

et hoc idē facit feia pauonis et feia ortygo  
merarum in tantū enim iste aues dil'gunt fe  
minas q' aliquā ab forte delictis cadunt in ma  
nus uenatorū q' sunt in coitu cum feminis  
hec igitur accidunt cubeb' et dictis auib' pp  
ter coitum et tales sunt earum coeundo et fo  
uendo et ouando et pull' ficando ad huc au  
tem quarūdam auium nidi sunt sup arborel  
et quarūdam sup terrā et quaxdam in lapi  
dibus excellis in montibus et quarundam i  
muris. nidi enim ardeoz et anatis et anseris  
et gruīs et huiusmodi generū auiz sunt in  
terra non enim solum male uolantium nidi  
sunt in terra sed etiam quarundam que sunt  
boni uolatus omnis enim auis cuius pul  
lus bene ambulat anteq' complete sit penna  
tus et per se querunt cibum ita q' parentes  
non dant eis cibum in rostro sed circumdu  
cunt pullos per locorum diuersitates in qui  
bus inuenitur cibus nidum oportet facere i  
terra quia aliter pulli precipitentur quan  
do querunt cibum et hac de causa aues que  
grece dicuntur hekoro3 et stoloro3 et ar  
togo3 non nidificant neq' stant cum pullis  
suis super arborel. Pulli enim huius auis  
non statim ante pennationes sunt boni pedis  
et cibus quo cibant pullos est in ipsis corti  
cibus et ramis arborum propter quod etiā  
abscidunt arborel propter uermes qui sunt  
in eis et propter alia animalia que sunt in ar  
boribus sicut formice et circa genera uermū  
um que colliguntur in ramis arborum a ge  
neribus picorum cum enim pulli huiusmo  
di autem exeunt ab ouis accipiunt talia ani  
malia minuta euz lingua et comedūt ea quo  
niam sicut in antecedentibus diximus hec a  
ues habent linguam longam et latam et scan  
sionem ualde uelociter transeunt per stipites  
et ramos arborum et habent ungues fortio  
res et acutiores quia sūt ungues talconque  
est auis terrestris et tales ungues dedit eis  
natura ut habeant eos pro principio et cau  
sa instrumentali huius scansionis et transi  
tus per arborel. quia tales ungues bene in  
sunt in lignis arborum et tenent aures scā  
dentem ligna erecta propter quod etiam ali  
quando subtiles ramos et cortices arborū  
perforant cum unguibus suis inuenitur au  
tem unum genus dura siue picū quod uoca  
tur kofuron grece quod quidam uocant ka  
firheos sybo' eth' sub quo etiam comprehē  
ditur aliud genus quod uocatur rubo3 qd  
uilibiliter perforat ligna et hec sunt apud nos  
talia genera picorum uariorū maiora et mi

nora et aliud genus picū maius quod apud  
nos motoba uocatur et hoc efficacius est in  
perforando cuius garrutum et uolatum ob  
seruant augures. terciū autē gen' est ap. nos  
nigrum maius omnibus predictis et est mo  
dicū minus quam gallina et hoc semp' nidifi  
cat sup arborel et p'cipue super oliual in ter  
ris ubi crescunt oliue in terris autem nostris  
omnia hec genera nidificant in arborum cō  
cauiatibus et pi. us quidem omnino capit  
formicas et uermes qui sunt in lignis et cor  
ticibus arborum et in capiēdo perforat ar  
borel fortiter ita quod exsiccat ramos earū  
in tantum q' auis dicit q' picus niger aliquā  
ad unum icum exsiccat ramum arboris un  
enim duriciē habent in rostro q' nucem a  
migdalī positam in foramine arboris perfo  
rat cum sit durissima et comedat nucleum Et  
hoc sepius experit sumus in ponēdo nucez  
amigdalī qd fecit redijt. n. et perforauit eant  
nobis uidentib' et p'fregit cito et p' mediat nu  
cleum cum tū non querat nucez amigdalī in  
cibum sed cum obstruit foramen qd fecit re  
dit et in auditate querendū uermes deuorat  
nucleum amigdalī et sub ipso querit xmes.

L. iiii. de astucia auium in ordine execu  
biar' et sagacitate uenandi cibum et elige  
di locum mansionum suarum.

St autem adhuc aliud in quo deprehē  
ditur naturalis quorundam animalū  
um astucia. grues enim quodam genere or  
dinatissime sapientie utuntur in uolādo q' n  
se transferunt de locis in quibus sunt longo  
uolatu ad loca remota. tunc enim propter  
continuu n uolatum lassantur multū et dor  
miunt profundo sompno ita q' de facili in  
sompno capi possunt nisi per sapientias or  
dinarent excubias uigilum et alia opera or  
dinarent sapienter in uolatu igitur ascendūt  
altissime ut uideant loca ad que tendūt et ad  
ipsa dirigant uolatum sine errore et propter  
compendium et sibi obuias habent nebulas  
uel nubes obscuras uel pluuias impediētes  
ne se inuicem possint aspiciere uociferant et p  
euciant aerem alīs fortiter ut ex auditu una  
se dirigat ad alteram et que magis regit alias  
posteriorat se ut facilius ab omnibus postre  
mis audiatur Et quando cadunt lassate su  
per terram rector non dormit coopto ca  
pite sub alīs sicut alie p'icant caput ad doz  
sum et caput sub pennis alarum abscondūt  
sed potius dormit detecto capite et erecto ut  
facilius audiat insidiantes et si longe uide  
rit uel audierit hominem uel aliud nociuum

uociferabit et nunciabit alijs excitando eas  
 alie autem totam sollicitudinem excubiarum  
 committentes rectori dormiunt reflexo capite  
 sub alijs et dormiunt continue stantes super  
 unum pedem uel alter requiescat arte autem  
 isti grues non utuntur quando sunt in locis  
 mansionum suarum quia tunc non ita labo-  
 rant neq; ita profunde dormiunt est autem  
 aliud genus aquaticarum quod arx. uocat  
 falakynem aue. autem appellat balazuch et  
 hoc habet astuciam naturalem deprehendi  
 di q; corpus alzum siue ostrei non facile se-  
 paratur a testa crudum sed decoctum separa-  
 tur eo q; tunc in se contrahitur et ideo trans-  
 glutit ipsum primo cum testa et postquam ca-  
 lore capitis sui fuerit decoctum enonit ipsu  
 et tunc rostro separat carnem a testa et come-  
 ditam dimittendo testam eo q; illa non nu-  
 trit. ostreum autem illud uocat arx. bothos  
 q; sonat idem q; concha et est ostreum ualde  
 magnum et mollem habens carnem ex indu-  
 stria etiam naturali quedam aues agrestes  
 mutant loca mansionum suarum propter di-  
 uersitatem uic sue que indiget diuersitate lo-  
 ci propter caloris et frigoris et siccitatis et  
 humoris diuersitatem et propter diuersitate  
 cibi et propter educationem pullorum que  
 aliquando iuuenes in uno loco uiuere pos-  
 sunt et quando antiquantur fortiores sunt  
 ad sustinendum alium in quo sunt qualita-  
 tes superiores quas in tenella etate sustinere  
 non possent adhuc autem ex industria natu-  
 rali est quod quedam aues sollicitantur de  
 pullis suis in nido fouendis et cibandis Et  
 quedam sunt que econuerso faciunt quia q; cito  
 confortantur pulli uicem redunt parenti-  
 bus eo q; parentes in senectute destituuntur  
 et dicit ambrosius q; cyconie inter alas dese-  
 runt antiquos parentes et defendunt ab au-  
 bus uulnerantibus eas et dant eis cibum pp-  
 ter quod etiam ab antiquis romanis cyco-  
 nia pia auis appellabatur similiter autem et  
 in alijs quedam habent subtilitatem et indu-  
 striam in uiuendo quedam autem non ha-  
 bent aut in paucis habent hinc est etiam q; p-  
 uident sibi diuersa loca ad habitandum q;st  
 quedam manent in lacubus quedam autem  
 in fissuris et concauitatibus et antris lapidu  
 in montanis altis sicut auis quedam quam  
 foraditrix uocant antiqui greci et est quedam  
 species noctue. est autem auis mali coloris  
 aliquando apparet de nocte et fugiens et latens  
 de die hoc enim ex naturali industria in fissu-  
 ris habitant ne ab alijs auibus deplumetur

Ex hoc autem q; accipiter ponit nidum suum  
 sicut falco in altissimis montibus in conca-  
 uitatibus lapidum ne de facili pulli auferan-  
 tur quoniam pullis eius plures ponuntur  
 insidie quam pullis aliarum auium eo q; cu  
 ipsis homines ueniantur aues alias hec etia  
 genera auium carnem crudam comedunt et  
 quia cor non infirmatur in aliquo animali  
 uiuo quod suas potest exercere operationes  
 diligunt cor in cibum et illud libentius coe-  
 dunt ex industria naturali cognoscentes ip-  
 sum esse sibi cibum saniores hec autem ead  
 sagacitas aliam facit eis diuersitatem quoni-  
 am quedam earum aliam preda; capiunt in  
 estate et aliam in hyeme eo q; quorundam  
 animalium melior et sanior est caro in hye-  
 me. ex huiusmodi autem subtilitate aliquan-  
 do uehementer abscondit nidos et pullos ita  
 q; quidam dicunt nullum unquam uidisse ni-  
 dum aradam hoc est uulturis et altarum qua-  
 rundam aquilarum aut pullos eius et loco  
 dicunt dixisse sophistam chalfames uocatu  
 q; aradam uenit a terra remota sicut in ante-  
 cedentibus diximus sed falsum e; ex presse q;  
 dixit in nostra terra in qua habundant nidi  
 et pulli uulturum et altarum inueniuntur a-  
 qlar neq; in est q; longe uolant pro cibo et  
 aliquando iuxta cadauera inueniuntur multe sil-  
 et que nidificant in montanis que uix aliq;is  
 potest ascendere et pullificant unum pulum  
 uel duos quoniam plures similem industri-  
 am et quedam alie aues manent in montib;  
 sicut illa que grece uocatur kokoz et ea que  
 uocatur bramos que est auis rapax bone ui-  
 te et longe et dulcis et musci sibi siue garru-  
 et hec est ignota in terris nostris ex ead etia  
 solertia ea que grece uocat cocoylos h; e; me-  
 rula manet in locis spissis p;ntis arborib; et  
 spinetis et in fissuris lapidum similiter autem  
 auis dea deleolu q; lue trochilu uocant ex  
 cautela naturali fugit aliquando et alii remanet  
 diuersitate temporis et sui cibi habundantia  
 et ex sagacitate regis sue uite uocatur a qb;  
 da artifex et a qb; da senex prope sapias et a  
 qb; da rex noiatur et ideo etia licet auis sit  
 multo debilior q; uultur uel aquila in ex artis  
 sagacitate pugnat cu eis et nocet eis frequenter  
 adhuc autem quedam auis maritima; propter a-  
 stuciam suam raro deprehenditur sic ea q; cycloz  
 grece. nos autem menua magna uocam; hec. nu-  
 ualde cauet etia aucupis s; postq; capta est  
 optime domesticatur q; est multe discipline  
 perceptibilis amplius autem omnes aues  
 que habent corium inter digitos habent na-

landi industriam Et mouent in ripis maris  
et fluminum et lacuum. Natura enim unicus  
qz dat id quod sibi conuenit. Multe autem  
que sunt piscorum digitorum habent conue-  
nientiam ad tenendos ramos arborum Et  
ideo manent in locis nemorosis multarum  
arborum et quedam illarum etiam aliquan-  
do uenantur in aquis non natando sed pedi-  
tando sicut ardea et quedam alie sicut auis  
que antoz a grecis uocatur hec eniz manent  
iuxta fluuios est autez auis hec pulchri co-  
loris et bone uite Et similiter ea auis quam  
uocant alakariz grece que mergus magnus  
uocatur latine manet in litore maris et sub-  
mergit se in aqua et manet tantum temporis  
sub aqua quantum homo potest ire per mi-  
liare ambulando equali passu inter uelocem  
et tardum et quantitas huius auis minor est  
quantitate accipitris et i mergendo habet ma-  
gnam uenandorum piscium industriam. Li-  
gnus autem quam kotum antiqui grecoru  
uocabant est de genere illaruz auiu3 que co-  
rium habent inter digitos et manet in ripis  
lacuum ubi etiam arborum sut umbre et est  
mansuete uite et bone nature minoribus Et  
pulos bonos ad elum hominum abiles et  
uiuit diu ita qz efficitur magne senectutis et  
habet hoc proprium qz si aliqua auium rap-  
pacium sicut accipiter et uultur uel aquila i-  
ceperit pugnam cum eis defendunt se forti-  
ter sed non incipiunt pugnam cum talibus  
auibus ita qz aliquando uincunt et aliquan-  
do uincuntur Temporibus eniz nostris ml-  
tis uidentibus ex nostris socijs pugnauit a-  
quila ita in altum qz inuisibiles facti fuerunt  
nobis Et nobis cōtemplantibus quasi post  
spacium duarum horarum deciderunt et aq-  
la fuit super cignum et uterat eum et proie-  
cit in terram et stetit super eum et accurrens  
famulus noster accepit cignum et aquila fu-  
git est autem hec auis musici et dulcis sibil-  
sed raro cantant nisi in obitu alicuius eoru3  
tunc etiam musicas uoces ita alte leuant qz  
ad distantes audiuntur maris et fluuioru3  
extremitates hoc enim in tempore aristotel.  
expertum est qz quidam homines iuxta ma-  
re uoces dolorosas huiusmodi audierunt  
auium Et postmodum quazdasz illaruz mo-  
ri uiderunt Ego autem expertus sum qz hui-  
usmodi uoces dant in qualibet tribulatione  
existentes Auis autem quam conydem uo-  
cant raro ualde uidetur Est autem auis ma-  
nens in montanis et desertis locis nigri co-  
loris et habet fere quantitatem accipitris Et

est quedaz alia que saymoko3 uocatur que  
similis est illi sed non eadem Et sunt iste a-  
ues longe et graciles respectu aliarum au-  
um aliqui autem hominum uocant manidē  
eam quam nos tonydem uocauimus ho-  
merus uero uocat eam balkidaz uulgariter  
tamen uocatur konydem et alia adhuc isti-  
us generis inuenitur que obzum uocatur  
et quidam dicunt hanc esse similem alij quas  
hokym uocant et hec non apparet de die cū  
tamen acuti sit uisus sicut et uultur uenatur  
autem de nocte et pugnat cum uulture et bu-  
bone et aliquando tam acriter sibi coherent  
qz leuantur a pastoribus qui uident eas pu-  
gnare nocte Conuenit autem cum magnis a-  
uibus rapacibus in hoc qz nō ouat nisi duo  
ad plus oua et quod nidificat in lapidibus  
et cauernis Similiter autem et grues tam a-  
cri pugna aliquando pugnant adinuicem qz  
aliquando ab occurrentibus accepte depre-  
henduntur et hec pugna remanet inter eas lo-  
go tempore propter memoriam mali illati.  
hec enim auis sagacitate nature memoria ē  
malorum Quant autez duo oua sicut in an-  
tecedentibus diximus Auis autem que kyr-  
che a grecis uocatur et ymaginationem et p-  
uidentiam quandam habere uidetur Ex ima-  
ginatione eni quasi cotidie fingit nouas uo-  
ces modulatas et musicas et precipue tem-  
pore coitus sui et tunc ouat ut plus ix. oua  
In nido autez tanta utitur arte qz etiam arte  
preditum esse uidetur. Querit enim materia  
ex lana et pillis et componit aptissime colli-  
gendo Prudens autem esse uidetur quia qz  
cadunt glandes aggregat ex eis in nidum su-  
um qz sibi sufficit per hyemem alie etiam que-  
dam aues cum sagacitate uidentur pietatem  
animi habere que est beniuolentia in paren-  
tes dicunt enim qz auis uocata balach cibata  
in autumpno parentes patres uidelicet et ma-  
trem sicut in uere cibata est ab eis quidam ta-  
men dicunt qz non cibata hec auis parentes ni-  
si in senectute quando uirtus earum deficit  
sicut superius diximus de ciconis. Sed de  
aue uocata marakos referunt qz non tantuz  
in senectute cibata parentes sed omni tempore  
postquam ceperit uirtutem uolandi et indu-  
striam querendi cibum tunc enim statim rece-  
dentibus filijs a nido parentes intrant in ni-  
dum et manent in eo sine labore procurate a  
filijs suis Et femina quidam huius auis tē-  
pore fructuum primitiuorum pullificat sex  
uel septem pullos Et dum ipsa cubat cibata  
o mare et faciunt sibi nidos in altissimis lo-